



Oratio de constituendo iudice controversiarum religionis pontificiae atque reformatae, in qua declaratur, primum cur non pontifices Romani, secundo cur non concilia, tertio cur non veteres patres, quarto cur non traditiones, quinto cur non miracula, sexto cur non ordinaria pontificum Romanorum successio, septio cur non consensus in publica doctrina, octavo cur non vetustissima consuetudo, sed solum Dei verbum scriptum possit ac debeat omnes religionis controversias componere ...

<https://hdl.handle.net/1874/14741>

4

O R A T I O
D E
C O N S T I T V E N
D O I V D I C E C O N T R O V E R
S I A R V M R E L I G I O N I S P O N T I
F I C I A E A T Q V E R E F O R M A T A E :

In qua declaratur,

*PRIMVM CUR NON PONTIFICES RO-
mani:secundò cur non Concilia:tertiò cur non veteres Patres:
quartò cur non Traditiones:quintò cur nō Miracula:sextò cur
non ordinaria Pontificum Romanorum successio: septimò cur
non Consensus in publica doctrina: octauò cur non
vetustissima consuetudo:*

S E D

*Solum Dei verbum scriptum possit ac debeat omnes Re-
ligionis controuersias componere.*

Vbi etiam ostenditur

Quae sit vera Religio & Catholica Ecclesia:

I N G R A T I A M

**PONTIFICVM ROMANORVM: CARDINA-
lium: Archiepiscoporum: Episcoporum: Abbatum: Monachorum, ac
in primis Iesuitarum nuper è Transylvania vnanimi ordinum Re-
gni consensu electorum atq; exterminatorum:**

S C R I P T A E T H A B I T A

A B

**V N G A R O V E R I T A T I S A S S E
R E N D A E S T V D I O S O .**

B A S I L E A E .

CATALOGVS AVTHORVM EX QVIBVS, PRAE-
ter autenticos vtriusq; Testamenti libros, Testimonia maio-
ris Fidei gratia citata sunt.

A.	Eberhardus Saliburgens. Archiepisc.	Laurentius Valla.
Augustinus.	Epiphanius.	Luitprandus Ticinensis.
Ambrosius.	Erasmus.	Legenda Sanctorum.
Acacius.	F.	M.
Athanasius.	Felinus.	Marsilius Ficinus.
Andradius.	Franciscus Petrarcha.	Mantuan. Baptista.
Antoninus Florentinus.	Plinius Blondus.	Massius.
Aeneas Sylvius.	Funccius.	Marullus.
Albert. Kranczius.	G.	Mathaeus Parisius.
Abbas Vrspergensis.	Gregorius Nazianzenus.	Michael centenas.
Augustinus Steuchus.	Gelasius.	N.
Arnobius Feron.	Guilelmus Budens.	Nicolaus Cusanus.
Actius Zan.	Gerson.	Naclerus.
Agrippa.	Gregorius Magnus.	O.
Apollo.	Gratianus.	Orosius.
Arnulphus Aurelian. Episc.	Gabriel Piel.	Origenes.
Acta Martyrum.	Grebelius.	Paphnutius.
B.	Georgius Lilius.	Panormitanus.
Bernardus Abb. Clara.	Gallici annales.	Paul. Verger. Episc.
Basilius.	H.	Petrus à Soto.
Bonifacius.	Hieronymus.	Platina.
Baldus.	Huldricus Huttenus.	Petrus Pramonstantens.
Benon Cardinalis.	Hofius.	Pigglicus.
Beda.	Helmoldus.	Philippus Decius.
Barnus.	Hieronym. Savanor.	Pantaleon.
Bernardinus Mendoza.	Hieronymus Marius.	R.
C.	I.	Raphaël Volaterran.
Chrysostomus.	Ireneus.	Ruan. Tap.
Cyriillus.	Ius Civile.	Rufinus.
Clemens Alexandrinus.	Ius Canonicum.	S.
Cyprianus.	Iason.	Stella Venetus.
Calixtus.	Ianus Pannonius Episcop.	Sabellicus.
Clementis clementina.	Quinqueecclesiensis.	Socrates.
Coletus.	Ioannes de turre cremata.	Sigbertus.
Conformatatum liber.	Ioannes Monlucius.	Spiridon.
Concilium Tridentinum.	Ioan. Petrus Ferrariens.	T.
Commentarij magist. Parisiensium.	Ioan. Auentinus.	Tertullianus.
Cuspinianus.	Ioan. Iouianus Pontan.	Thom. Aquinas.
D.	Ioan. Riuius.	Theodor.
Ducherius.	Ioan. Rauissus.	Texelius.
E.	Ioan. Nouiomagus.	Thomas Rhedon.
Eccius.	Ioachimus Calaber.	V.
Enagrus.	Ioan. Delacasa Arch. Ben.	Vincentius.
Eutrepus.	L.	Valer. Anselmus.
Extravaagant.	Lindanus.	Vicelius.
Eusebius.	Lombardus.	Z.
		Zozimus.

3
O R A T I O
D E
C O N S T I T V E N D O I V D I
C E C O N T R O V E R S I A R V M
R E L I G I O N I S P O N T I F I
cia atque Reformatæ.



Vàm sit non solùm inuidiæ con-^{EXOR-}
temptusq; , sed etiam periculorum ^{DIVM,}
plenum negocium hac tempestate
controuersias religionis attingere,
Auditores: cum multorum poten-
tum sæuitia, tum mutua mortalium
diggladiatio satis superq; declarat.

Tanta est enim hominum cæcitas, tantaq; in propriã
perniciem ruendi temeritas, vt quemadmodum nul-
la fuit vnquam gens tam barbara, quæ de Religione
se doceri moleste non tulisset: sic hodie reperias cõ-
plures, qui adeò se obdurauerunt in ea religione, in
qua nati sunt, quam maiores eorum coluerunt, quã
suis honoribus inseruire vident, quamque à maiore
generis humani parte defendi conspiciunt, vt sentẽ-
tiam doctrinamq; partis alterius ne audire quidem
sustineant, sed nec auditam nec intellectam contra
ius diuinum iuxta atq; humanum damnent, fugiant,
ac detestentur. Deinde nõ exiguam facessunt mole-
stiam pijs & Epicuræi quidã homines, qui eò vesaniẽ
procedunt, vt laudem se mereri iudicent, si suam de
ratione salutis sententiam, omnem autem aliorum
religionem ridere, contemnere, scommatisq; vexare
possint. Huc accedit præsumptio Pontificum Roma-
norum, Cardinalium, Episcoporũ, & reliquorũ Præ-

4 DE IVD. RELIGIONIS

latorum, qui etsi vident multos abusus & doctrinæ & rituum, & disciplinæ irrepsisse: tamē nefas esse ducunt si quis implicita fide nō contentus ausit doctrinas hominum ad normam scripti Prophetici & Apostolici examinare, & scrutando Scripturas salutis viam in ijs quærere. Quæ quāuis ita sint: oportet tamen omnes pios cōtra tot scandala firmo esse animo ad reddendam suæ fidei rationē, vt & impij inexcusabiles reddantur corā tribunali Dei, & ij, qui nō tam obstinata malitia, quā vel ex institutione tenera, vel imitatione maiorum suorum, vel honorum deniq; studio piam doctrinā nō intellectuā damnarūt, nō grauatim patiātur se potēti Dei verbo vinci. Laudat enim Ezechias Rex piissimus, q̄ nec patris Achaz contrariā doctrinam profitētis exēplo, nec institutione, qua à teneris vnguiculis imbutus fuerat, nec fastigio regiē dignitatis, nec deniq; Regū ac multitudinis hominū contrariam religionē sectantium exemplo potuerit deterreri, quominus puriorem religionē ex ipsis fontibus Israhel, verboq; Dei scriptis Prophetarū cōprehēso cognosceret, cognitāq; ac omnib. corruptelis repurgatā subditis quoq; colendā proponendāq; curaret. Didicerat enim præceptū Dei, quo iubetur, vt nō in præceptis Patrū suorum incedere, nec iudicia eorum custodire, sed tantū in præceptis Dei ambulare, & iudicia eius custodire, facereq; fideles omnes teneantur. Neq; verò debet quenquam ab hac verbi diuini scrutatione & obseruatione vel Traditionū, vel Cōciliorū, vel Patrū, vel Miraculorū, vel Successionis, vel etiam cœlestis Angeli dignitas auocare. Non minùs

Panormita-
nus & Ger-
son.

sapienter enim quā rectè dictum est: *IN SACRIS
LITERIS ERVITO ET CATHOLICAM CA-
NONI-*

PONTIFICIÆ ET REFORMATÆ. 5

NONICARVM SCRIPTVRARVM AVTHORITATEM PROFERENTI PLUS ESSE CREDENDVM, QVAM VEL DECLARATIONI PAPAE VEL ETIAM CONCILIO GENERALI. Ex his itaq; omnibus manifestũ est, quã sit res nõ solũ ardua, sed etiã periculorũ plena de religionis negotio differere. Quam provinciã si in me nulla dicendi necessitate coactus, sed vel ambitione vel stulta quadam temeritate impulsus reciperem: equidẽ iustã reprehensionem nõ effugerem. Nunc verò quãdo non spõte, sed coactus, nõ ambitione, sed studio veritatis, nõ temerè, sed graui cõsilio, nõ calumnijs, sed canonica diuinę vocis autoritate munitus ad dicendum surrexerim: equidẽ nõ vere orne mihi tam honestum tuẽdę veritatis propositũ vitio vertatur. Hoc tantum vos rogo, Auditores, quicunq; salutis æternę cupidi estis, ne huc præiudiciũ afferatis, ne causam inauditã cõtra ius diuinũ & humanum damnatis, neue vel autoritate vel splendore quorumq; mortaliũ nitamini: sed rem cõre, rationẽ cõ ratione, argumentũ cõ argumento, ad canonẽ verbi diuini contendatis, neue quis hæc dicat, sed quid dicatur pio discẽdi veritatem studio cõsideretis. Tum verò non grauabor candida bonorũ iudicia subire, vt si hæc diuinę veritati cõsentire confirmatum fuerit, Deo Opt. Max. pareatis: Sin minus, tanquã oraculis diuinis aduersa reijciatis. Sed ne extra oleas vagari mihi cõtingat: certos cancellos præscribam, quos nec ego dicẽdo, nec vos audiendo transgrediamur. Priusquã aut hoc fiat constitutionẽ rei integrã primũ denarrabo. *AVDITE REGES ET PRINCIPES AC VNIVERSI HABITATO-* ^{NARRATIO.}
RES ORBIS. Lis agitatur ingens. Deus enim Opt.
A 3 Max.

6 DE IVD. RELIGIONIS

Max. parens omnium fidelium benignissimus p̄misit
 credētibz hominibus tanquā filijs in vnigenito suo
 Filio dilectis regnum cœlorum. Hanc promissionem
 cœlestis hereditatis retulit in publicas veteris ac no-
 ui Testamēti tabulas, & sigillo sacramētorum confi-
 gnatā heredibus cōcredidit. Adiunxit verò literis Te-
 stamenti & cōditiones quasdā paternas, quibz obser-
 uandis heredes huius possessionis astringerētur. Iam
 verò discordes filij (taceo nunc reliquas) diuisi sunt in
 duas partes totis animis dissidētes. Vna agnoscit Pō-
 tificem Romanum pro visibili capite atq; ipsius Te-
 statoris Dei vicario: altera nō agnoscit. Concertāt de
 possessione regni cœlorum ac veræ Ecclesiæ titulo,
 quē vtraq; pars iure sibi deberi affirmat. *ACTOR* est
 Romanus Pontifex cum ijs omnibus, qui *SEDEM*
ROMANAM sequuntur. *REI* sunt ij, qui Pontificē
 Romanum nō agnoscunt, sed Euangelicos se ac *RE-*
FORMATAE RELIGIONIS homines esse profi-
 tentur. Afferunt vtriq; suas rationes, sua diplomata,
 sigillis regijs obfignata, suos deniq; testes quoq;. Sed
 de *IUDICE* constituendo pars vtraq; vehemēter la-
 borat. Vtraq; enim cupit eū cōstitui controuersiarū
 Iudicem, quem causæ suę sperat æquiores fore. Ro-
 mana *SEDES* vult stare iudicio Pontificum, *TRA-*
DITIONVM, CONCILIORVM, PATRVM, ET
MIRACVLORVM, nec verò *VERBUM DEI* quo-
 que dicit interim se excludere. *EVANGELICI* cō-
 trā Iudices hosce respuūt. Afferunt enim Pontificem
 Romanū non posse simul & Actoris & Iudicis partes
 sustinere, p̄sertim cū tot ipse criminū accusēs. *TRA-*
DITIONES tanquā suspectos, nec plenarię dignita-
 tis Iudices reiiciunt. *CONCILIA* verò, *PATRES,*
MIRA-

Actio & ex-
 ceptio vtri-
 usque par-
 tis de con-
 stituendo,
 Iudice.

PONTIFICIÆ ET REFORMATÆ. 7

MIRACVLA, & SVCCESIONEM PERSONARVM nō pro Iudicib. se, sed pro testib. iuratis agnoscere dicūt: vbi tamē hoc protestātur hactenus duntaxat se horū testiū autoritatē accepturos esse, quatenus testimonia eorū cū LITERIS PVBLICITESTAMENTI cōueniant. Accusat Romana *SEDES EVANGELICOS* (liceat n. pace partis vtriusq; vocabulis hisce iam receptis vti) q̄ à vera Ecclesia desciverint, nouā doctrinā, nouosq; ritus excogitauerint, & ante paucos annos hęc litem sibi mouerint, ac proinde nō ad eos regnū cœlorū titulūq; verę religionis, sed ad se iure diuino & humano pertinere. Respondēt Euāgelici se nō à vera Ecclesia, sed à synagoga malignantiū secessisse: nec nouā doctrinā, nouosq; ritus sibi fabricasse, sed eā salutis viā tenere, qua inde vsq; ab initio mundi fideles saluati essent: pressos quidem se fuisse superioribus seculis tyranni de eorū, tanquā Abel à Caymo, Isaac ab Ismaële, & Iacob ab Esauo, ita vt latere coacti fuerint, sed iam se instar luna lucem resumpsisse, velleq; iure primogenituram sibi vendicare. In hoc litigantium filiorum consistorio fit concursus, fit ingens tumultus: à verbis ad verbera, ad cædes, ad incēdia, ad bella, ad sanguinē, ad omne deniq; suppliciorū genus procedit. Modò hęc pars vincere, modò illa videt, & quo magis premunt, vexant, cōburrunt, eo magis se crescere, augeri, vincere ac triūphare *EVANGELICI* gloriant. Interim protestātur nō vi, sed iure agi debere: pro uocāt ad Deū ipsum in et, p̄ter quē neminē se pro capite ac Iudice agnoscere dicunt: vt ipsemet *TESTATOR* hęc litē suo sacro sancto verbo dirimat. Ac vt hoc cōmodo fieri possit, ap
pellant

8 DE IVD. RELIGIONIS

pellant ad Concilium generale, in quo liceat liberè literas testamenti perlegere, scrutari, & ex ijs voluntatem testatoris cognoscere. *ROMANA SEDES* è contra dicit Concilia se generalia non semel conuocasse, in quibus literæ testamenti sint examinata, & deprehensè titulum veræ Ecclesiæ sibi adiudicare. *EVANGELICI* negant illa Concilia fuisse œcumenica & libera, propterea quòd Pontifices non admitterint se ad liberè reddendam fidei suę rationem, nec audiuerint defensionem, sed contra ius diuinũ & humanum actores pariter ac iudices fuerint, causamq; fratrum suorum nec auditam nec intellectam damnauerint. Itaq; protestantur se minimè cecidisse causa, sed tantisper hæredes fore legatę possessionis, quandiu conditiones Dei publicis testamenti tabulis obsignatas ad præscriptum testatoris obseruaerint. Interim verò paratos se esse dicunt ad expectandum iustũ Iudicem, nempe Christum *DOMINVM*, qui venturus sit iudicare viuos & mortuos: & componere diuturnas hæc lites, ita vt victoribus quidem præmium vitæ æternæ, victis verò perpetuam condemnationem redditurus sit. Huc vsque processit duntaxat vtraque pars in iudicio. Quæritur ergo iam vtri parti sit possessio vitæ æternæ & nomen *VERAE ECCLESIAE* adiudicandum. Solius quidem Christi hoc est iudicium definitiuè, quod facturus est in eo Iudicio extremo, atque concilio, quod ante *M. D. LXXXI.* annos toti terrarum orbi indixit, & sanè non longo post tempore futurum est. Sed uidete, ô Reges & Principes ac omnes incolæ terræ, vt interim meliori causâ vos adiun-

Constitutio
causæ.

PONTIFICIÆ ET REFORMATÆ. 9

adiungatis, ne si vos nunc hanc litem dijudicare neglexeritis, Christus vos in extremo iudicio potenter dijudicaturus sit. Hoc verò vt legitimo iuris processu fiat: agite quæso præstetis vos sinceros iudices, nec damnetis causam inauditã, sed si sententiã Romanæ *SEDIS* aure dextra vt conueniebat, percœpistis, & *EVANGELICORVM* doctrinam sinistra audiat, ne multũ dissimiles reperiamini magni illius Alexandri, qui dextra aure vocẽ accusatoris percipiebat: sinistra verò defensionis rei obturatã seruabat. *PRIMUM* itaque recitabo sententiam vtriusque partis ex scriptis vtrorumq; libris de verbo ad verbũ, nec addam quicquam, credite mihi, nec detraham, nihilq; dicam, quod non formaliter siue literaliter in libris vtriusq; partis reperiat. Deinde verò proferam rationes, ob quas Euãgelici recusent Pontifices ipsos, Concilia, Patres, Traditiones, & reliquos eius generis testes pro Iudicibus agnoscere, sed velint omnes controversias Ecclesiasticas ex scripto Dei verbo dirimi. Tum verò si hæc piè & citra præiudicium intellexeritis: non grauabor quominus id quod ex his duobus melius sit, sequendum vobis suscipiat. *PRIMUM* verò cursus nostri spatium quod attinet: controuersia partis vtriusq; de præcipuis fidei articulis sic se habet: *REFORMATA* Ecclesia profitetur nihil esse necessarium ad salutẽ, quod nõ canonicis scripturis cõprehensum sit: *ROMANA* verò dicit Scripturam esse mancã, dubiam, cereo naso, plumbeę regulę persimilem, sine authoritate Ecclesię fabulam Aesopi, causam hæresium, tẽpori seruientem, ac proinde Laicos ab ea prohibẽdos esse. *REFORMATA* Ecclesia cre-

Propositio & partitio orationis.

Sententia Euãgelicorum & catholicorum de præcipuis fidei capitibus.

Io. 5. Io. 20.
1. Tim. 3.
Aug. tract.
49. cap. 11.
in Ioan.
Pet. à Soc. in sch. de script.
Fig. de Ec.
Hæres. li. 1. ca. 14.
Cens. Col. pag. 19.
Col. 2. Es. 9.
Crisost. hom. 49. in Mat.
Aug. li. 3. de Trinit.

B dit

I.
De Sacra
scriptura.

II.
De tradi
tionibus.

10 DE IVD. RELIGIONIS

Trid. con. se.
4 decret. 1.
Lind. li. 1. c.
4. Hof. de
verb. Sor. in
conf. cathol.
Ecc. pa. 138.
Rom. 7. 4.
Mat. 5.
1. Ioan. 1.
Aug. li. 2.
cont. Iul. &
hom. 41. in
Io. Lind.
lib. 3. ca. 19.
Andr. li. 5.
Ruar. Tap.
art. 2. 1. Io.
3. Rom. 5.
Aug. lib. 2.
cont. Iul. &
hom. 41. in
Io. Col. conf.
pa. 46. Ru.
Tap. de pecc.
origi. Cō. Bas.
sef. 36. 1. Cor.
2. Rom. 3. 10.
3. Eph. 2.
Aug. de sp. ri.
tu & litera
cap. 30.
Con. Trid.
sef. 6. cap. 1.
Gab. Pi. 3.
sent. dist. 27.
And. lib. 3.
pag. 292.
Rom. 3. 4. 5.
Io. 3. Act. 10.
Aug. de trim.
ser. 114. Ber.
super carit.
ser. 61.

dit neq; Concilio neq; cuiquam Patrum, imò ne cœ-
lesti quidem Angelo credendum esse, si contrarium
scriptæ Christi doctrinæ doceat: *ROMANA* profi-
tetur traditiones nō scriptas pari reuerētia cum Scri-
ptura sancta suscipiēdas esse, tanquam fundamētum
fidei, sine quibus authoritas Scripturę in fumos solua-
tur, & futilis sit. *REFORMATA* Ecclesia asserit legē
Dei ab hominibus impleri non posse, nisi per impu-
tationem iustitiæ Christi: omniaq; peccata esse, quę-
cunque contra eam committantur: *ROMANA* ve-
rò statuit Legem adeo posse cōpleri, vt etiam super-
erogationis opera præstari possint: neq; omne id esse
peccatum, quod pugnet cum lege, vt concupiscen-
tia. *REFORMATA* Ecclesia credit & defectum ori-
ginalis iustitiæ, & concupiscentiam, & omne id, quic-
quid est cōtra legem Dei, peccatum esse, & homines
reos irę diuinæ facere: *ROMANA* dicit concupiscē-
tiā & originale peccatū non esse propriē peccatum,
nec esse dignum odio Dei, sensibili pœna pœniten-
tiāq;: *REFORMATA* Ecclesia credit nullum esse li-
berum arbitrium hominibus reliquum in ijs, quæ ad
salutem consequendam pertinent, nisi Deus suo spi-
ritu Sancto rursus illud moueat: *ROMANA* dicit ho-
minem posse ex puris naturalibus diligere Deum su-
per omnia, & quod etiam in mortali peccato de con-
gruo possit infusionem gratię mereri. *REFORMA-
TA* Ecclesia credit electos sola fide in Christum iusti-
ficari absque Legis operibus, ita tamen ne fides illa
sit inanis ac mortua, sed viuax & per opera charita-
tis efficax: *ROMANA* negat sola gratia & impu-
tatione iustitiæ Christi iustificari homines, sed ad
cam

III.
De Lege.

III.
De Pecca-
to.

V.
De Libero
arbitrio.

VI.
De iustifi-
catione.
Cō. Trid. sef.
6. c. 11. And.
li. 6 pa. 447.
Sor. in sch. de
purg. Conf.
col. pag. 156.

PONTIFICIÆ ET REFORMATÆ. II

VII.
De Mediatore Iesu
Christo.

cam requiri obedientiam Legis, tanquam necessarium medium consequendæ salutis. *REFORMATA* Ecclesia credit vnum esse Mediatorem Dei & hominum, hominem ac Deum Iesum Christum, qui morte sua deleat peccata fidelium: resurrectione mereatur ipsam vitam æternam: *ROMANA* asserit Christum pro peccato duntaxat originali mortuum esse, nec solum Christum esse Mediatorem, sed alios quoque Diuos Diuafque.

VIII.
De Sacrificio Christi.

REFORMATA Ecclesia credit vnica Christi oblatione semel in cruce facta fideles Deo Patri placatos esse: *ROMANA* ait non solum mortem Christi esse sacrificium propitiatorium, sed etiam Missam, quæ deleat mortuorum ac viuorum peccata ac pœnas, & profit ad omnia spiritualia corporaliaque bona consequenda. *REFORMATA* Ecclesia credit talem pœnitentiam Deo probari, in qua sit mortificatio veteris Adami, & viuificatio noui hominis ex vera fide profecta: *ROMANA* statuit opus esse ad salutem consequendam tali pœnitentia, in qua sit sufficiens contritio cordis, oris confessio & satisfactio operis, per quam salus obtingat. *EVANGELICI* dicunt ibi esse veram Ecclesiam, vbi verbum Dei sincerè prædicatur, Sacramenta legitimè administrantur, & externæ disciplinæ obedientia tribuitur: *ROMANENSES* statuunt certa Ecclesiæ signa esse: 1. consonantiam in publica doctrina, & externo cultu: 2. personalem Episcoporum successionem: 3. agnitionem Pontificis. *REFORMATA* Ecclesia negat se ad Concilia esse alligatam, sed ad verbum Dei

IX.
De Pœnitentia.

X.
De Ecclesia.

Sor. def. cap. de Ec. p. 991. Ius Can. de. 4. Trid. Cons. Ies. 5. ca. 2.

XI.
De Concilijs.
Matt. 18.
Gal. 1. Luc.
11. 1. Cor.
11. Pf. 116.
12. 62.

*Iodan. 3.
1. Tim. 1.
1. Io. 2. Matt. 20. 1f. 52.
1. Tim. 2.
Aug. li. 10. conf. ca. 42.
In 1o hõ. 84.
Amb. de Ies. & lac.
Hort. ant.
Tap. art. 6. de satisf. pa. 239. Löb. li. 4. dist. 45.
Bon. dif. 45. art. 2.
Heb. 10.
1. Io. 2. Heb. 9. 1f. 53. & 63. 43. Ro. 3. Act. 4.
Con. Trid. ses. 6. cap. 2. Catech. Rom. pag. 11.
Gab. Vi. dif. 12. Lind. li. 4. pa. 375.
Eph. 4. Ro. 3. Io. 1. Pf. 19.
Isa. 53. Pf. 5. Lomb. li. 4. dist. 16.
Cat. Ro. pa. 422.
Comp. Theol. 6. cap. 24.
Con. Trid. ses. 4. Ant. li. 9. cap. 28.
Io. 10. Eph. 2. 1. Cor. 3.
Matt. 28.*

12 DE IVD. RELIGIONIS

Cap. art. 1 p.
5. Sot. aff.
cat. de concil.
Matt. 28.
Mar. 16. 1.
Cor. 11. Aug.
ep. 218. ad
lanuar. li. 3.
de doct. Chri.
cap. 9.
Trid. conc.
ses. 7. cap. 1.
Ses. 7. ca. 8.
Lind. li. 4. ca.
57.
Rō. 8. Pf. 111.
1. Tim. 2.
Lind. li. 4. ca.
73. Cō. Trid.
ses. 4. cap. 9.
Th. aqu. lib.
4. dis. 4. art.
3. Sot. af.
cat. de Euch.
Pf. 82. Rō. 13.
Sot. in cath.
seho.
Idē in assert.
catho.
Heb. 12.
1. Cor. 7.
1. Tim. 3.
Crisost. hom.
1. in Titum.
Ius can. dist.
28. Pighius.
cate. Rom.
pag. 552.
Col. 2. Matt.
11. 1. Jo. 1.
Eph. 2. Gal.
3. Matt. 15.

scriptum, à quo si aberrent & Concilia & Patres
 labi possint: *ROMANA* verò alligat se Concilijs
 œcumenicis, vt quę nūquam errare possint. *REFOR-*
MATA Ecclesia agnoscit duo Sacramenta à Christo
 instituta, vt est Baptismus & Cœna Domini: *ROMA-*
NA verò docet septem esse Sacramēta, quæ conferāt
 salutem ex opere operato, sine bono motu vtentis, &
 addit ijs ceremonias S. scripturis ignotas. *REFOR-*
MATA Ecclesia statuit afflictiones piorum esse vel
τιμωρίας seu castigationes ob certa peccata, vel *δογμα-*
τίας siue calamitates exploratorias, vel *μωρτίρια* seu
 testimonia verę doctriņę: Romana verò docet marty
 ria sanctorū esse hostiam pro peccatis, & mereri miti
 gationem æternarum pœnarum ac vitam æternam.
REFORMATA Ecclesia docet magistratum politi
 cum debere curare non solum bona corporalia, sed
 etiam salutem & religionē subditorum: *ROMANA*
 verò docet Magistratus politicos remouendos esse à
 religionis cura tanquam laicos, & subditos esse Pon
 tifici atque Prælatis. *REFORMATA* Ecclesia do
 cet coniugium esse honorabile inter omnes, cuius
 prohibitio sit doctriņa dęmoniorū: *ROMANA* verò
 docet cōiugatos viuere in carne, nec matrimonium
 Sacerdotibus esse licitum, sed facilius tolerari posse,
 si Sacerdos plura alat scorta, quàm si legitimum con
 trahat matrimonium. Ecclesia *REFORMATA* ne
 gat confirmationem, extremam vnctionem, cęteros
 que illorum ritus congruere verbo Dei: *ROMANA*
 asserit per confirmationem plus gratiæ fidelibus
 quàm per Baptismum conferri, quodq; extrema vn
 ctio gratiam spiritalē largiatur. *REFORMATA*

XII.
De Sacra
mentis.

XIII.
De Marty
rijs.

XIII.
De Magi
stratu poli
tico.

XV.
De Coniu
gio.

XVI.
De Ritibus
humanis.
Cō. Trid. ses.
7. can. 1. cat.
Rē. pa. 319.
499 Concil.
Trid. ses. 4.
can. 1. 17 4.
Grat. ca. 1.
dis. 5.

RELI-

PONTIFICIÆ ET REFORMATÆ. 13

XVII.
De Votis.

RELIGIO asserit nullis alijs vijs iustificari quemquam, nisi fide in Christū: *ROMANA* dicit vota castitatis, paupertatis & obedientiæ mereri vitam æternam. *REFORMATA* Ecclesia docet se non esse alligatam ad festos dies, & contenta est festis diuinitus ordinatis: *ROMANA* verò docet Festorum dierum obseruationem etiam extra scandali casum sine peccato non posse omitti, & quòd plurima sint festa obseruanda ad inuocandos & honorandos sanctos. *VANGELICI* credūt sanguine soli⁹ Messie peccata sua deleri: *ROMANENSES* lustrali aquæ non solum diuinam potentiam, sed & effectiōnem sanitatis, expulsiōnem demoniorum, ac omnium rerum conseruationem inesse credunt. Ecclesia *REFORMATA* credit solum Deum Patrem cum Filio suo & Spiritu sancto esse inuocandū in spiritu & veritate: *ROMANA* dicit omnes Angelos & Sanctos esse inuocandos, ac singulis eorum tribuit peculiaria munera, vt Leonardus captiuos liberet: Valentinus sanitatem conferat: Roma Petrum & Paulum: Vngaria Mariam: Compostella Iacobum pro tutelaribus Dijs agnoscat. Deus iubet neminem præter se coli & inuocari: *PONTIFEX* præcipit cultus reliquiarum & imaginum Diuorum. *REFORMATA* Ecclesia dicit prohibitionem ciborum certis diebus obseruatā esse doctrinā demoniorum: *ROMANA* statuit ieiunium esse opus satisfactorium pro peccatis, per quod meritū Christi applicetur. *REFORMATA* Ecclesia credit solius Christi sanguinem esse propitiationem pro peccatis suis: *ROMANA* docet per Indulgentias Papæ posse mortales nō solum corporalium & æternarum peccatorum

Io. 1.
Heb. 10.
Sot. aff. cath.
And. pa. 11.
extranag.
Aqui. li. 44.
4 ar. 3.
Col. 2. Gal.
5. 1. Cor. 7.
Lind. li. 3. c.
27. Cō. Trid.
ses. 3. can. 6.
In rel. cap.
maies. 1.
1548. edita.
Rō. 3. Act. 4.
6. Andrad.
lib. 3. p. 326.
324.
Exod. 20.
Matt. 4.
Act. 14.
Apoc. 22.
1. Io. 4.
Eccius in
Ench. Lomb.
lib. 4. dif. 46.
Conc. Trid.
ses. 6. ca. 3.
Lind. lib. 3.
ca. 32. Bon.
dif. 459. 3.
Deut. 4.
Conc. Trid.
ses. 4.
1. Tim. 4.
Colof. 4.
Rom. 14.
Matt. 15.
Sot. aff. cat.
de ieiun.
1. Io. 2

XVIII.
De Festis.

XIX.
De aqua
Lustrali.

XX.
De Inuocatiōne.

XXI.
De Reliquijs & imaginib. S.

XXII.
De Ieiunio.

XXIII.
De Indulgentijs.
Tetz. prop.
11. 46. 64.
62. Extr.
mag. leg. tit. 9.
Clem. 6.

14 DE IVD. RELIGIONIS

Eph. 4.
Col. 1.

Cons. Flor.
10. de turre
crem. l. 3. ca
64.
Fel. li. 1. cēt.
Rom.

Pf. 26.
Mar. 9.
Rom. 8.
Anto. pag 4.
tit. 6 cap.
2 §. 7.
1. Ioan. 2.
Matt. 24.
Dan. 12.
Apoc. 17.
2. Thess. 2.
Comp. The.
lib 7. cap. 8.
§ 14.
Ioan. 5.
Apo. 10.
Cat. Rom.
pa. 127.
Comp. Th. li.
7. ca. 3. In-
gol. ad. Pr.
pos.

narum remissionem, sed etiā salutem consequi posse.
REFORMATA Ecclesia agnoscit vnicum caput Ie-
 sum nempe Christū crucifixū & iam gloriose regnā-
 tem: **ROMANA** verò agnoscit pro inuisibili capite
 Christum, pro visibili Papā, qui tantum præstet etiam
 Imperatoribus, quātum Sol Lunæ, vel aurū plumbo:
 qui maior sit Moyse & Paulo: par Petro: qui Deus
 sit, non homo: qui possit dispensare contra qua-
 tuor prima Concilia, & contra verba Euangelij, &c.
REFORMATA Ecclesia credit non esse fide-
 libus de salute dubitandum: **ROMANA** dicit sem-
 per esse dubitandum. Ecclesia **REFORMATA**
 credit Antichristum iam venisse, & cum esse, qui
 neget Christum venisse in carnem, seu de natura
 officio que Messia malè sentiat, cuius sedes sit in Vr-
 be septicolli: **ROMANA** expectat Antichristum
 ex Babylone de tribu Dan, qui regnaturus sit tri-
 bus annis interficiendus in monte Oliueti. **EVAN-
 GELICI** credunt se statim à morte ad vitam æter-
 nam transiuros esse: **ROMANENSES** sta-
 tuunt purgatorium ignem esse, ita vt sint quinque
 diuisæ sedes animarum, infernus damnatorum: se-
 cunda infantum non baptizatorum: tertia purga-
 torium: quarta Limbus Patrum: quinta Cœlum
 Empyreum. Hæc est sententia partis vtriusque cuius
 controuersia, dijudicationem Romana Sedes Pon-
 tificibus, Concilijs, Patribus, Ecclesie, ac Traditio-
 nibus subijcit. **EVANGELICI** verò reijciunt hosce
 Iudices, & afferunt causas suas, ob quas singu-
 los horum Iudicum respuant, quas vt patienter au-
 diatis per salutem vestram vos ego obsecro & ob-
 testor,

XXIIII.
De Primar-
tis Papæ.

XXV.
Certa Fi-
ducia.
XXVI.
De Anti-
christo.

XXVII.
De Purga-
torio.

PONTIFICIÆ ET REFORMATÆ. 15

testor, Auditores, quicunque in hoc intestino discordium hæredum bello meliori causæ vultis vosmet adiungere. Ac quòd primum genus Iudicum attinet: dicunt rei se Pontifices grauissimis de causis non posse pro iudicibus huius controuersia agnoscere. Iampridem enim aiunt eos à maxima parte christianitatis, videlicet Anglia, Scotia, Dania, Suecia, maxima Germaniæ, Heluetiæ, Galliæ, Vngariæ, Transyluania parte, imò etiam ab ijs Ecclesijs & nationibus, quæ in Aphrica, Aegypto, Syria, Asia, Græcia, Oriente, & reliquis mundi plagis nomen suum inter Christianas Ecclesias præferuntur octo grauissimorum criminum fuisse non modò accusatos, sed etiam conuictos, nimirum impietatis, tyrānidis occupatæ, corruptæ religionis, sacrilegij, læsæ maiestatis, perduellionis, Antichristianismi, & decem notiorum scelerum. **IMPIETATEM** Pontificum tribus se rationibus aiunt confirmaturos esse. **PRIMUM** quòd manifestè diuinitatem sibi adsciscant. Diserta enim sunt eorum scripta, quibus asseritur de ijs, quòd Dij sint: nulli hominum subsint: sponsi Ecclesiæ sint: quòd contra Apostolos & canones eorum dispensare: quòd cōtra, supra, extra ius esse: quòd inuisibilia numina esse possint: quod deniq; à nemine debeāt interrogari, cur id faciāt, etiam si quotidie innūmeras animarū cateruas ad inferos detrudant. **SECUNDO** impietatē Pontificum ex eo probant, quòd suis etiam sepius ipsorum religionibus illuserint. Gregorius enim VII. promissa pecunia quendam in hanc sententiam impulit, vt trabe supra caput Henrici III. Imperatoris

Papæ ob octo causas non possunt iudices religio- nis esse.

Impietas Pontificum probatur.

I. Causa Impietatis Pararum.

II. Causa Impietatis.

Benon Cardinalis.

Dist. 96. c. quoniam de imminut. 6. Dist. 39. Dist. 40. c. si Papam Phi. Dec. cōf. 137. no. 3 vol. 1. lesen. Conf. 145. no. 2. vol. 1. Bal. li. vlt. c. sen. Fel. ca. Ego No. de iure.

in

16 DE IVD. RELIGIONIS

in templo orantis demissa ipsum contereret. Quod dum minister sceleris adimplere festinat, fracta sub trabibus tabula & lapis & minister Papæ deciderunt. Idem Hildebrandus Pāpa responsa Dæmonum contra Imperatorem quærens Sacramentum corporis Dominici contradicentibus Cardinalibus in ignem proijcere non veritus est, id quod palam Episcopus Parmensis proclamauit. Syluester II. Pontificatum consecutus est per artes magicas Diabolorum, hac lege, vt post mortē se totum ijs traderet: Sixtus III. Bandinum Iulianum signo per Eucharistiam dato interfici per coniuratores in templo curauit. Nā quod Eucharistiam Papæ nihili faciant ex eo manifestum esse potest, quod eam equo impositam agasoni q̄; cōmissam inter lixas tāquam p̄nunciam aduentus sui p̄ferri curant. *TERTIO* impietatem Pontificum ex hoc quoque demonstrari dicunt, quod plures 65. ordinibus instituerint, quorum singuli diuersas togarum cucullatarum formas, diuersasq̄; religionis suæ regulas & ritus habeant. In his ordinibus numerus monachorum ad quingenta millia putatur excurrere in sola Europa: id quod facile potest conijci ex eo, quod Generalis Franciscanorum sæpius Papæ promiserit triginta bellatorum millia, qui nihil sacrorum cultu interpellato bellica munera possint obire. Sed inter reliquos ordines eminere dicuntur Franciscani & Dominicani, quorum illi præter alias fabulas libro conformitatum comprehensas non verentur suum Antesignanum hoc carmine inuocare:

Francisce Iesu Typicè, dux normaq̄; Minorum,

Sedes:

Stella venetus lib. ad Cardinal. S. Marci.

Raphaël Volaterranus.

Io. Montucius lib. de relig. pag. 101.

Sabellius Ennead. 9. li. 6.

Vide li. conformitatum fol. 228 col. 4. 231. col. 1.

III.
Causa impietatis.

PONTIFICIÆ ET REFORMATÆ. 17

Sedes nobis perpetuè da regni cælorum.

Hi verò Dominicum Saluatori Christo nō solum comparare, sed in plurimis etiam præferre non dubitant. Extant legendę Sanctorum alijq; complures libri de commentitijs Stanislai, Adalberti, reliquorumq; hominū miraculis, *b* quos libros quoniā Pontifices approbarunt, & pari veneratione cum scripto Dei verbo colendos Christianitati proposuerunt: ex hoc etiam impietatis eos esse reos putant. **SECUNDAM CAUSAM** ob quam Euāgelici negant se Pontifices pro Iudicibus agnituros esse: asserunt crimen occupatę in Ecclesia tyrannidis esse. Primum enim cupit se caput, sponsum, & vniuersalem Episcopum Ecclesię nuncupari, quod sanè nemini, præter Christum, competere certū est. Deinde quòd dominatū sibi super orbem terrarum ac omnes politicos magistratus arrogauerint. Nā **DONATIONEM CONSTANTINI**, qua suum imperium stabiliunt, præterquam quòd *a* Antoninus Episcopus Florentinus, *a* Nicolaus Cusanus, Laurentius Valla, Volaterranus, *a* Aeneas Syluius & reliqui cæteroquin Patroni Patris Romani superioribus quoq; sæculis oppugnare non veriti sint: his argumentis se quoque falsitatis eam conuincere Euangelici profitentur. Cū enim nullus probatorum authorum eius donationis fecerit mentionem: cū Eusebius & alij testentur Constantinum tres orbis plagas tribus filijs distribuisse: cum Volaterrana & Decretalis Instrumētorum editio multum discrepet: stylusq; eorum sit longè dissimilis: cū absurdum sit Constantino Petrum & Paulū in somnis visos ab eoq; pro Dijs adoratos esse: cū

*Vid. Episc.
Flor. Anton.
in Hist. part.
3. tit. 23. &
24.
b. Anton. tit.
23. § 17 fol.
1197.*

*a 1. part. hō.
for. tit. 8.
cap. 1.
g lib. de con.
cath. 3.
q In dialo.
go quod.*

*Vol. li. Geog.
3.
Alber. Kran.
in Saxo. lib.
2 cap. 1.
Marfil. in de.
fens pac. cap.
11.*

C Constan.

Secunda
causa incō
petentię.

Prima pro
batio tyrā
nidis occu
patę.

Secunda
causa tyrā
nidis.

Donationē
Constantini
esse fictitiā
probat x.
argumētis.

Vide Socrat.
Theod. E-
uag. R. fin.
Oros. Bedam.
Zozim. hist.
part. 2.

Constantinus lepra non laborauerit: nec Romæ à Syluestro, sed Nicomediæ ab Eusebio baptizatus fuerit: cum impium sit dicere manum Dei Constantino visam esse: cum non potuerit maius imperium Papæ dare, quàm metipse tenuerit: nec potuerit dare potestatem in Patriarcham Constantinopolitanum, illa vrbe nondum existente: cum deniq; illa munera, quæ in illis literis Papæ à Constantino data esse dicuntur, sint insignia Antichristi: ex his certè singulis ijsq; firmissimis demonstrationibus conficitur illam donationem nõ à Constantino Magno factam, sed à Pontificibus excogitatam fuisse. Illis verbis autem, quibus Saluator præcessit Petro & alijs verbi ministris, vt pascant oves suas: non regnum politicum, sed ministerium Euangelij constituit. Retundit enim alibi ambitionem Apostolorum primatum cupientium cum dicit: *REGES GENTIUM DOMINANTVR: VOS VERO NON SIC.* ^b Quin & Canones disertè venterunt ne Episcopus Roman. nominaretur *SVM MVS PONTIFEX*, vel *VNIVERSALE CAPVT ECCLESIAE.* ^d Quapropter suo ipsorum gladio eos iugulari asserunt, cum eundem dominatum ex pluribus, iisdemq; contrarijs causis arrogare sibi iure non possint. *TERTIAM CAUSAM* allegant Euangelici, ob quam Pontificum iudicia subire graentur, quod religionem multis modis corruerint, & turpissimè non solum in moribus, sed etiam in doctrina errauerint. Extant enim quidem Decreta de Papis, quod non sint homines, sed Dij: quod à nemine mortalium queant iudicari: quod contra Apostolum dispensare: naturam rerum immutare: de nihilo aliquid facere:

Verborum
Christi in-
terpreta-
tio.

Tertia cau-
sa incom-
petentiæ.

Mant. lib. 1.
de pa. ca. 30.
Eus. de vit.
Constan.
Rufin. lib. 1.
cap. 11.
Socr. lib. 1.
cap. 39.
Vincen. lib.
24. hist.
Bernard. lib.
2. de consid.
Nic. lib. 8. c. 4.
Augustin.
in Io. tract.
10. & 124.
& de verb.
Do. ser. 20.
Cyril. in di-
al. de Trin.
lib. 4.
Ambr. in e-
pistola ad
Eph. cap. 2.
Crisos. hom.
55. in Matt.
Ber. ep. 230.
b Dist. 4. c.
multi. §. qui-
cunq; c. Pri-
ma sedis Dis-
stin. 99.
d l si quis 7.
Decret. de pe-
tit. hered. l.
1. c. de furt.
L. Titus. D.
99.
Dist. 96. c. sã
tu euidenter.
Can. 9. qua.
3.
Dist. 34. can.
Lect. in dist.

PONTIFICIÆ ET REFORMATÆ. 19

§2. can. presbyter.

Lib. 1. Decret.

Greg. tit. 7. can. 5.

Io 14. 2. Timoth. 3.

Matth. 15. Ier 7.

Iren. ep. 4. Athan. in

prin. lib. 2. com. gr.

d. Con. Trid. ses. 4. c. 1.

m. lib. 1. cer. Pon. suc. 7.

n. vide que- rimoni. as Ma ximiliani.

De calice co- n. e. Domini

li. 3. Decret.

Greg. tit. 41. can. san. cum

Distin. 2. de consecr. can.

presbyter.

De seposi- tione sa- crament.

De Missa Latina.

De Missa concubi- natorum.

De cœli- batu Sacer- dotum.

De imagi- nibus.

cere: de iniustitia iustitiam facere possint: sed interim quàm hæc vera sint, res ipsa ostendit. Deus enim ipse Opt. Max. testatur unicam esse religionis formam, cam videlicet, quæ Prophetarum & Apostolorum literis consignata sit, cui nec addere quidquam, nec detrahere ne per Angelum quidem liceat. Pontifex verò statuit disciplinam Ecclesiæ contineri in traditionibus maiorum, qualis est ^m Agnus Dei, ⁿ baptizatio campanarum: inuocatio Sanctorum: cœlibatus Sacerdotum: detractio vini in cœna Domini: vsurpatio linguæ peregrinæ: Missa: Indulgentiæ, & alia consimilia, quæ licet ab Apostolis ad sese per traditiones peruenisse asserant: pleraque tamen eorum à seipsis instituta esse monimenta veterum historia- rum comprobant. Innocentius enim laicis calicem in Eucharistia ex decreto Concilij Lateranensis pro- hibuit, & Paschalem communionem ordinavit: Eugenius verò III. in concilio Basiliensi contrarium statuit. Innocentius III. & Honorius III. decre- runt panem Eucharisticum in templis honorificè ad varios vsus conseruari: Clemens verò ne in crastinū quidem reseruari permisit. Vitellianus II. & Agathon I. Missam Latinè celebrari voluerūt: Nicolaus I. Scla- uis & Polonis Missam in sua lingua fieri permisit. Alexander II. statuit Missam à concubinatio Sacer- dote non esse audiendam: Lucius III. permisit. Siricius, Pelagius II. & alij plurimi coniugium Sa- cerdotum damnauerunt: Pius verò II. scriptum reli- quit in hanc sententiam: Sacerdotibus magna ratio- ne ademptum coniugium, maiori restituendum vi- deri. Leo I. Gregorius II. & III. & alij plurimi appro-

Traditio- nes Ponti- ficæ quā- to & à qui- bus fiat in- uentæ.

Distin. 32. Præter hoc. Item, nullus.

barunt cultus imaginum. Ioannes XXIII. imagines & picturas odio Vatiniano profecut⁹ est. Bonifacius IIII. Monachis prædicandi, baptizandi & absolucndi potestatem tribuit: Gregorius eam ademit. Ioannes XXIII. pro solidis articulis fidei tenuit, quod Apostoli votum paupertatis & cœlibatus nunquam vouerint: Pius II. mendicantes monachos mancipia Diaboli esse dicebat hoc disticho:

*Non audet Stygius Damon tentare, quod audet
Effrenis Monachus, plenaq; fraudis anus.*

Pelagius I. instituit vt clerici quotidie septem horas Canonicis orationibus darent: Gregorius I. præcepit vt non modulationibus, sed prædicationi deferuissent. Calixtus à Romana Ecclesia dissentire non licere statuit: Fabianus contrarium dixit. Bonifacius VIII. Iubileū C. anno celebrari iussit: Clemens VI. ad annum L. Bonifacius IX. ad annum XXXIII. Sixtus IV. ad annum XXV. traduxit Hadrianus, & Leo III. ius eligendi Papas Carolo dederunt: Stephanus verò IIII. Hadrianus IIII. & Sergius II. Clero, Senatui, & Populo Rom. tribuerūt: Leo VIII. rursus Imperatori tribuit: Alexander II. solis Cardinalibus concessit: tandem etiam Matilda meretrix Victorem III. & Urbanum II. ^bTheodora meretricia Romæ Domina Ioannem XI. Marozia meretrix Sergium III. ad Pontificatum promouerūt. Antheus statuit ne Papa quisquā crearet, nisi prius fuisset Episcopus: Constantinus II. & Benedictus VIII. Laici fuerunt: Benedictus IX. Ioannes XXI. & alij plures ne literas quidem nouerunt. Gregorius I. diebus ieiunij interdixit vsum carnis, lactis, casei, butyri, & ouorum: Eleutherius decreuit,

De Monachis.

Caus. 16.
quæst. 1. ad y.
crimus.

Dist. 92. can.
in sancto.

can. 11. que.
3. Qui om-
ni potentem.

Decret.
Sym. cap. 8.
quæst. 4.

Meretric es.
eligerunt
Pontifices.
b Ticinensis
lib. 2. ca. x 3.

De horis
Canonicis.

De anno
Iubilæo.

De electio-
ne Paparū.

Illiterati
Pontifices
& Laici.
De ieiunio.

PONTIFICIÆ ET REFORMATÆ. 21

creuit, nequis vllos cibos superstitiosè respueret. Innocentius III. auricularem confessionē mādauit: *Lib. 5. decret. tit. 38.* Nectarius constantinopolitanus Patriarcha ob cōmissum sub p̄textu eius adulteriū abrogauit. Honorius III. panē eleuandū esse: Gregorius IX. tempore eleuationis tintinnabulo pulsandū: Innocētius III. genu id tēporis flectendū esse de creuerunt. Zephirus vitreos calices pro ligneis: Vrbanus aureos & argenteos pro vitreis instituit: Nicolaus I. Imperatores & Principes tanquam laicos à Concilijs remouet: Marcellus, Damasus II. & Iulius admittunt. Stephanus III. acta Constantini II. solenniter abrogauit: Stephanus VI. Formosij: Romanus I. Stephani VI. Theodorus Romani: Damasus liberi: Paulus II. Pij II. decreta & acta abrogauit. En Traditiones Apostolorū: En religionem Christianam à Romanis Pontificibus purè conseruatam. *De cons. dist. 1. can. vasa. Dist. 95. can. vbi nā.* Quid quòd Honorius Monothelita Hæreticus fuit: Liberius Arrianus fuit: Marcellinus idolis immolauit: Anastasius Photinianus fuit: Ioannes XXII. animas impiorū ante diem iudicij statuit. *Platina de vitis Pontific.* **QVARTAM CAVSAM** prætendunt Euāgelici esse sacrilegium atque simoniam, ob quam Pontifices pro iudicibus non agnoscant. Constat enim quòd ex annatis seu vacantijs, ex præuentionibus, resignationibus in fauorem, commendationibus, dispensationibus, ætatis, ordinis, regularitatis, vitij corporalis, pro gratijs expectatiuis deuolutionibus, beneficijs vacaturis, exemptionibus nō visitandi, pro creandis Protonotarijs & Notarijs Apostolicis, pro non obstantijs, pro indultis clericorum secularium, pro reuocationibus, pro tolerantijs concubinarum & sex-

centis eius generis nundinationibus plus auri & argenti Romani quotannis Pontifices eliciant, quàm stante Romano imperio Monarche totius orbis ex omnibus terrarum oris exegissent. Extat querela regni Galliarum, quòd ex eo solo regno *XXVIII.* tonnas auri Pontifices annuatim emunxerint. Extant præterea grauissimæ plurimorum Imperatorum, Regum, ac etiam clericorum querimonie, quibus sacrilegium Paparum insectantur. Quod quàm verum sit patet ex exemplo Ioannis *XXII.* qui post mortem reliquit in fisco proprio *CCL.* tonnas quemadmodum locuples sanè testis Franciscus Petrarca testatur. Bonifacius *VII.* cùm videret Romæ se diutius tutò manere non posse, pretiosissimos quosque thesauros ex Basilica Petri furtim Constantinopolim abstulit. Clemens *VIII.* & alij complures eiusdem sapè sacrilegij à suis sunt conuicti. Gregorius *IX.* absolutionem Imperatori centum millibus auri vncijs vendidit. Benedictus *IX.* timore perterritus Papatum Gregorio *VI.* *M.D.* libris argenti vendidit. Simonia Alexandri *VI.* patet ex eo epitaphio, quod adhuc in omnium ore versatur:

*Vendit Alexander caelos, altaria, Christum,
Emerat ille prius, vendere iure potest.*

Indulgentie
ocasio re-
formatio-
nis.

Quinta
causa incõ-
petentiæ
crimen læ-
sæ maiesta-
tis.

Iam verò quomodo Leo *X.* per Tetzeliū, & alij per alios suas Indulgentias vendiderint in toto terrarum orbe, notius est Papis quàm vellent. *QVINTAM CAVSAM* incompetentiæ dicunt Euangelici esse crimen læsæ maiestatis. Confirmāt enim certissimis historijs, quòd Pontifices ipsos Imperatores, Reges, ac Potentatus Europæ non tantum pro vasallis ac feuda-

*C. vii. Sanc.
Extravag.
de maiorib.
& obed.
C. i. extra
nata cõsuet.
C. solit. extr.
de ma. & ob.*

PONTIFICIÆ ET REFORMATÆ. 23

feudatarijs, sed etiam pro vilissimis mancipijs semper habuerint. Cùm Hadrianus Papa ex equo descendere, & Fridericus Ahenobarbus Imperator honoris causa ad dextrum latus equi consistendo dextram strepam tenuisset: Papa hoc facto indignatus eum vehementer increpuit. Sed Imperator superstitione imbutus excusauit id à se factũ fuisse tenendarũ streparum incitia, quòd eo primum tempore tenenda strepẽ munus obijisset. Cumq; Pontificia bilis excusatione magis magisq; cõmoueretur: Scire velim, inquit Imperator, hoc genus officij ex beneplacito ne sit an ex debito? Quod si ex benevolentia proficiscit, quis causabitur negligentiam in spontaneo? Si non ex debito: parũ interesse putamus, quo latere accesserit, qui venerabundus accessit. Postero die Imperator obuiam illi rursus iuit, atq; ex obiurgatione prioris diei doctior factus sinistra sellæ strepã apprehendens perduxit eum in castra. Magnũ hoc est sanè, sed maius adhuc læsæ maiestatis argumentum se prolaturus esse Euangelici dicunt. Alexander Adriani successor eundẽ Fridericum excõmunicauerat, à quibus diris cùm absolui se Fridericus postulasset, diem ei Papa præstituit, qua Venetijs in summo tẽplo se sisteret: vbi eò ventum est, astante magna Cardinaliũ & Episcoporum copia, Pontifex negauit se illum absoluturũ, nisi prius ad pedes suos pstratus veniã deprecaretur. Quod vbi Fridericus fecisset: Papa pede altero sublato, & collo Imperatoris imposito carmẽ illud ex Psalmis Dauidis à suis Sacerdotib⁹ cani iussit: *Super Aspidem & Basiliscũ ambulabis, & cõculcabis leonem & Draconẽ.* Cæsar indignè ferens hãc contumeliã respõdit: Non

Helmold.
chron. 5. cl.
cap. 8.
Naucler. li.
1. gen. 79.
Barnus in
vita Pontifi-
cum.

Imperator
Agaso Pa-
pæ.

Nauclerus
Gen. 39.
Barnus de
vit. P. R.
Franciscus in
chronol.

Papa collũ
Imperato-
ris concul-
cat.

Inaudita
superbia
Papæ.

Platina. Non tibi, sed Petro. At Papa rursus deprimēs collum
 Imperatoris; Et mihi, ait, & Petro. Nec multum diffi-
 Gallici milis est historia Philippi quoque pulchri Galliarum
 Annales. Regis, quē cū Bonifacius VIII. tanquā Schismati-
 cum & hæreticum diris omnibus deuotum excom-
 municasset: non tamen destitit Rex à proposito, sed
 vbi manifestis eum testimonijs nefariorum scelerum
 conuicisset, comprehendi Romæ & in carcerem cō-
 pingendum curauit, qui cū *INTRASSET VT
 VVLPE: REGNASSET VT LEO: TANQUAM
 CANIS INTERIIT.* Idē Bonifacius anno reparatæ
 salutis *CIO. CCC.* cū magnus concursus variarum
 Cuspinia gentium factus fuisset ad urbem Romā propter Iubi-
 nus in vita læum annum, primo solenni die Pontificalibus infu-
 Alberti. lis ornatus multitudini spectandum se præbuit: po-
 Abbas Vr- stero verò die paludamento Imperatorio insignis
 spurgenf. nudatum ante se gladium ferri iussit, magna voce cla-
 in paralipomenis. mitans: Ego sum Pontifex & Imperator, terrestre ac
 cœleste imperium habeo. Cumq; paucis post diebus
 Annales Albertus Imperator à Germanicis Electoribus crea-
 Gallici. tus confirmationem ab eo postularet: primū quidē
 Papa virū, repudiavit negans electionem sine sua autoritate
 que gladiū usurpat. factam ratam haberi oportere: sed tamen aliquanto
 Marius in post his conditionibus Imperatori assensit, vt primo
 Eusebio quoq; tempore regnum Galliæ occuparet. Innocen-
 capt. tius III. tanto odio Philippi Cæsaris flagrauit, quòd
 Abbas Vr- ipsum inuito fuisset electus, vt subinde dixerit: Aut Pō-
 spurgenf. tifex diadema & regnum Philippo, aut ipse Pontifici
 insigne Apostolicum adimat. Clemens VI. dicebat
 Oratoribus se nunquam Ludouico veniam daturū,
 nisi prius Imperium deponeret, & se, filios, bona que
 omnia

PONTIFICIÆ ET REFORMATÆ. 25

Vide super
his Platinā
Mariam.
Annales
Gallicos &
Imperia-
les.

Excommu-
nicati Im-
peratores.

Reges om-
nes Papæ
Vasalli.
Sexta cau-
sa incom-
petentiæ
perduellio.

ARCANA
Pontificū
ars.

Arnobius
Ferro.

omnia sibi daret, promitteretq; se nihil horum susce-
pturū esse nisi ex Pōtificis gratia. Huc accedere dicūt
hoc quoq; , quòd cūm Constātinus I. Imperatori pe-
des osculandos primus præbuerit: Martinus V. Sigif-
mūdum cæsarem: Ioannes XVII. Crescentiū consulē
Romanū: Benedictus III. Imperatorē idē fecisse coë-
gerint. Quin nec hoc silētio prætereundū esse dicunt,
quòd Innocentius III. Othonē III. Gregorius VII.
Henricū III. Paschalis II. Henricū V. Hadrian⁹ IIII.
& Alexander III. Fridericum I. Innocentius III. Phi-
lippum Friderici filium: Gregorius IX. Fridericum II.
ternis vicibus: Innocentius III. Conradum III. ex-
cōmunicauerint, hoc præsertim nomine, quòd ij nō
per omnia cupiditatibus Pontificum satisfecerint. Iā
verò nullus est Rex, nullum regnum, nullus Princeps,
quem non Papatus Romanus suum sibi Vasallum ac
Feudatariū asciuerit. **SEXTO ACCVSANT** Enāge-
lici Pontifices perduellionis, & cōprobant vetustissi-
mis iuxta atq; grauisimīs historijs, Pontifices omni-
bus seculis in hoc incubuisse, vt cū aliquid discordia-
rum inter vicinos Reges ac Principes subortum esse
cognouissent, illud dissidium per emissarios quosdā
alerent: simul pactiones cum alterutro facerent, vt si
sua opera regno aduersarij potiri possent, tum Sedē
Romanā tantū beneficij authore agnoscerēt, eiq; tri-
butum annuū penderēt. Hac cōiuratione facta, illicō
Princeps aduersarius à Papa Hereticus pronuntiaba-
tur, regnumq; ipsius primo occupanti adiudicaba-
tur. Res erit exemplis clarior. Ludouicus enim XII.
Rex Galliarum quamuis aliquot vrbes Iulio II. Pon-
tifici donasset; tamen is munere non cōtentus illum

Augustin.
Stench li. 2.
de donat.
Const. pag.
138.

D tan-

26 DE IVD. RELIGIONIS

Guilielmus
Bodensis
Aſſe lib. V.

tanquam schismaticum & Hæreticum diris excommunicationum fulminibus insectatus est, & regnum eius prædæ exposuit. Sed cum is propter varia scelerum genera, quæ paulò post attingentur, concilio Pisis indicto, sed per eundem perturbato ac Lugdunum translato à suo Papatu suspensus fuisset: tanto furore exarsit, vt confestim exercitu comparato in Galliam contenderet, cumque loricated exercitum ex vrbe per pontem Tyberis educeret, multis hominum millibus audientibus hæc verba pronunciauerit: *QUANDO NOBIS CLAVES PETRI NIHIL PROSVNT, AGE RVBIGLINO SVM PAVLI GLADIVM DISTRINGAMVS*: simulque clauces Petri in Tyberim proijciens, gladiumque vagina educens extrema quæque cum magno dentium fremitu stridoreque Gallis minatus est. Nec multum hinc abludit exemplum quoque Philippi Augusti, qui cum non exiguam dittonis suæ partem ab Anglis recuperasset: Innocentius III. primùm quidem duos Legatos in Galliam misit, qui seditionem inibi mouerent: deinde Ottonem III. Imperatorem ac Ferdinandum Comitem Flandriæ ita inflammavit contra Gallos, vt nisi magno animo Pontificijs artibus restitissent, iam tum regnum suum amisissent. Sed quid opus est vetustis exemplis: cum nuper edita in omnium adhuc versentur ore? Anno enim *M. D. LXXXV.* Sixtus V. Pontifex Romanus edidit Fulmen contra Henricum Borbonium Regem Galliarum & Nauarræ, ac Henricum Borbonium Principem Condenscensem, eorumque posteros, quos tanquam hæreticos di-

Papa clauces Petri abijcit & gladium Pauli stringit.

Brutum Fulmen Sixti V. in Regem Galliarum & Nauarræ.

PONTIFICIÆ ET REFORMATÆ. 27

cos diris deuouit, & regnæ eorum prædæ obiecit. Nec obscurum est illud, quod nuper admodum accidit. Idem enim Sixtus V. Anno partæ pei Dominum salutis *M. D. LXXXIX.* Angliam hæreseos damnatam solēniter Philippo Hispaniarum Regi donauerat. Instruxerat Hispanus classē talem, qualis ipsi etiam Turcarum Imperatori & barbaris Aphricæ Regibus terrorem incuteret. Habebat enim, præter onerarias, naues *CXXX*, quarum *LX.* tantæ magnitudinis erant, vt vix toto Oceano vllæ veniant comparandæ, & quarum quatuor victoriam ad Ambracium sinum potissimum de Turcis comparasse credantur. Erant in illis selectissimorum ex Hispanis, Italis, & Germanis militum, vt minimum, *XXIII.* millia: vel ipsis Hispanis testibus: tormentorum ancorum sex millia. Habebat præter has tantas copias Hispaniæ Rex in Flandria *XL.* millia peditum lectorum, & *XII.* equitum millia, cuius exercitus sumptus mensuarius erat ad quindecies centenū millium coronatorum. Sed quid hæc tam numerosa classis profecit? Quid tantus exercitus promouit? Ex *CXXX.* nauibus bellicis vix *XXX.* redierunt cæque minores: hominum verò cuiuscunque generis vix tria millia, sed animam ægrè trahentium. Iam verò si perduellionatum Ecclesiasticum ex monumentis historiarum afferre libeat: manifestum erit, quomodo Pontifices inter se quoque Papalis dignitatis gratia contenderint. Ioannes XXIII. cum Bononiæ legatus cum exercitu esset: Cardinalibus multa minatus fuit, nisi Pontificem sibi gratum eligerent. Cumque multi

Ioan. Morelius in lib. de Ecclesia ab Antichristo per eius excidium liberanda.

Bernardinus Mendoza Legatus Hispaniæ apud Regem Galliarum

Historia
Hispanicæ
expeditionis
in Angliam.

Apparatus
classis Hispanicæ.

Euentus
expeditionis.

Papæ seipso eligūt.

Stella Vectus.

producti fuissent, eorumq; neminem approbare voluisset, petitus ut quem vellet significare dignaretur. Date mihi inquit, Petri chlamidem, & ego dabo Pontifici futuro. Quod cum factum esset, ille pallium suis humeris imponens: Papa, ait, sum ego. Quod licet Cardinalibus displicuisset: assentire tamē coacti sunt. Nō aliter Ioannes XXII. quoq; cum electio sibi cōmissa esset, se Pontificem creauit. Iam verò demonstrare se posse affirmant, quod aliquando quatuor, aliquando tres, nonnunquam duo Papæ fuerint: Victor enim, Alexander III. Calixtus III. & Paschalis vnā Pontificatum imperante Friderico Barbarossa tenuerunt. Benedictus verò VIII. Syluester III. Gregorius V. tantisper simul Pontifices fuere, donec tandem Henricus III. Cæsar eos abdicaret. Gregorius item XII. Benedictus XIII. Alexander V. fulminibus excommunicationum Papatum sibi arrogarunt, & simularunt. Quomodo verò Stephanus II. cum Constantino, Sergius III. cum Christophoro, Urbanus V. cum Clemente VII. Eugenius III. cum Clemente VIII. & alij complures, quos enumerare longum esset, inter se de triplici corona concertarint, ex suis ipsorum & historijs planissimum efficitur. Quæ omnia an iure perduellio natus nomine appellari debeant, vniuersis iudicare est. *SEPTIMO INCOMPETENTES ESSE DICVNTVR IVDICES CONTROVERSIARVM* religionis ipsi Pontifices, eo quod ipsi sint, ille Antichristus, quem Sacreliteræ testantur esse hominem sceleratum, filium perditionis, opponentem sese & efferentem aduersus omne, quod dicitur Deus, sedentem in templo Dei, & præ se-

Plat. Luitprandus, Massæus Vrspergensis.

Tres simul Pontifices.

Bina simul capita Rō. Ecclesiæ.

Septima causa incompetentiæ Antichristianismus.

2. Theff. 2.
Integrum capitulum Ioan.
Apoc. 17.
1. Cor. 1. 6.

PONTIFICIÆ ET REFORMATÆ. 29

præ se ferentem quasi sit Deus, meretricem ebriam sanctorum sanguine, insidentem bestię Septicollis: quę scortetur cum Regibus terrę, pugnet cū Agno, & vincatur ab eo, quamque decem cornua seu Reges deserturi tandem sint. Cū enim maiores sibi vendicent honores, quam Christus, & magistratus politici: eoque ipso efferant se supra Deum: cū contra ius naturale, & præcepta Apostolica dispensent: actiones suas iudicio mortalium eximant: statuta sua diuinis æquent: ius transferendi & constituendi regna sibi vsurpent: se caput, spōsum, & summum sacerdotem Ecclesię: causam causarum, Dominumque Dominantium dicant: in templo Dei sedcant, ebrij sanguine sanctorum, & illam septicollem Urbem incolant, quę habuit regnum super Reges terrę: omniaque illa, quę de Antichristo prædicta sunt, Pontificibus conueniant: neque vnquam alius Antichristus ex Babylonia venturus sit: ex his sanè singulis apodixibus concludunt Euangelici Pontifices Romanos ipsissimos Antichristos esse.

OCTAVO ET POSTREMO nolunt Euangelici agnoscere Pontifices tanquam adulteros, tyrannos, Dæmoniacos, Atheos, carnifices, proditores, veneficos & spurios, idque probant ex ijs Pontificijs scriptoribus, quorum monumenta multis ante nostra tempora sæculis cum rebus ipsis nata ac edita, nunc quoque passim vbique gentium extant. Ac **PRINCIPIO QUIDEM** confirmant plerisque; Papas fuisse lenones, scortatores, adulteros, incestos, & Sodomitas. Sergius enim III. & cum alijs meretricibus & cum Marozia famosa meretrice perpetuā

Papa probatur esse Antichristus 10. firmiss. argumentis.

Octava causa incompetenti acervas & notiorum criminum.

Pontifices fuerunt adulteri & Sodomitę.

2. Cor. 6.
Eph. 2.
1. Tim. 4.

Præcones coram Papa clamant Abaiso Abaiso procidite in genua.

Dist. 19. 22. 96.

Bald. l. ult. c. res. in. sent. Decius c. 1. de Constit.

Felinus c. ego. r. de iure.

Eberhardus Salisb. Arch. lib. 7. Ann. 10. Auenti.

Luitprandus Ticinensis li. 3. cap. 12. de gest. Imperat.

consuetudinem habuit, ac ex hac Ioannem XII. Pontificem genuit. Lando I. Ioannem XI. ex nefario adulterio generauit. Ioannes XI. Landonis I. iure scortationis hæres à Theodora Romanæ vrbis Domina meretricia ad Pontificatum promotus fuit, vt sapius calore veneris (parcerem honestis auribus, nisi formalia Luitprandi verba recitare vellem) succensa cum scortari secum non tantum vellet, sed etiam compelleret. Ioannes XIII. in synodo præfente Otthone I. conuictus est variorum flagitiorum, inter quæ primas tenet nefanda eius libido, quòd nimirum cum duabus sororibus incestum commiserit: quòd Lateranense palatium lupanar ac prostibulum fecerit: quòd Stephanam patris sui concubinam: Raineriam viduam & Annam cum sua nepte constuprauerit. Horum scelerum cum cõuictus fuisset ab ipso Cæsare, depositus quidem fuit, sed rursus meretrices eum per concitatum Romanorum nobilium factionem restituerunt. Alexãder VI. Petro Mendoza Cardinali Valentinesi cõcessit vt filio suo notho Zanctensi Marchione tanquam amata spõsa vt eretur. Ipse Papa quales fornicationes exercuerit, patet ex illo filia: Lucretia: epitaphio:

Petrus Præmonstraten.
& Platina.

Ticoms. lib.
2. cap. 13.

Luitprandus
lib. 6.
Mantuan.

Valer. Volaterr.
Hier. Marius
in Eusebio
capt.

Ioan. Ionianus
Pon.
Aclius Sa-
nazarius.

In Alphons.
lib. 3.
Platina.
Eunicius

*Hic iacet in tumulo Lucretia nomine sed re
Thais, Alexandri filia, sponsa, nurus.*

Ioannes VIII. Gilberta prius dicta à quodam Cardinali compressa in solenni processione ad Lateranense templum inter colossæum & fanum Clementis puerum corã toto populo peperit, coq; loci ex partu obijt. Inde canit Baptista Mantuanus:

Hic pendebat adhuc sexum mentita virilem

Fæmina,

PONTIFICIÆ ET REFORMATÆ. 31

*Fœmina, cui triplici Phrigiam diademate mitram
Extollebat apex, & PONTIFICALIS Adulter.*

Idcirco: Non poterat quisquam referentes athera claves

Non exploratis sumere testiculis.

Cur igitur nostro mos hic iam tempore cessat?

ANNE PROBAT SESE QUILIBET ESSE MAREM.

Iulius II. legitur duobus nobilissimis adolescētibus quos Anna Galliarū Regina Roberto Nauetensi Cardinali informādos cōmiserat & alijs multis stuprū intulisse. Innocentius III. adeò fuit flagitiosus, vt ne à Cardinalibus quidem abstinuerit. Cuius Sodomiam imitatus & Ioannes à Casa Florentinus Archiepiscopus Beneuentanus, (cuius sc̄uitiam metuens Franciscus Spira, vera doctrina abnegata, in summa desperatione mortuus est) scripsit Italicis rhythmis poēma in laudē Sodomie, quam appellauit diuinum opus, atq; affirmauit se ea plurimum delectari, neq; aliam venerem cognoscere. Sixtus III. Romę lupanar extruxit, ac vtriq; veneri assignauit, carnaliq; D. Lucie Sodomiam in tribus calidioribus anni mensibus cōcessit addens clausulam: Fiat quod petitur. Ioannes XXIII. ob sodomiam supra & alia nefanda eius generis scelera in Concilio Cōstantiensi Papatu priuatus tres annos Heydelberge in carcere detētus fuit. Clemens VIII. accusatus est in commentario super articulis Magistrorum Parisiensium, quòd nothus, veneficus, Sodomita, stuprator & omnium scelerum artifex fuerit. Paulus III. vnam sororum Iuliam Farnesiam Alexandro VI. stuprandam tradidit, vt Cardinalis Hostiensis fieret: alteram verò, qua fuerat abusus, videns, quòd alios ardentius, amaret toxico in-

Ianus Pannoniensis Episcopus Quinquagesimo tempore

D. Matthia

Regis nostrri.

Vide cōment.

Magist. Parisiensis.

Grebellium.

Georg. Liliū.

Vergerius Episcopus

Constantinopolita-

nus.

Liber excusatus

est Venetijs

apud Troia-

nium Xanib.

Ioan. Rinius.

Ioan. Rauis.

Baptif. Man.

lib. 4. Alp.

Volaterr. in

decla. ad

Lou.

Valer.

Anselmest.

Vergerius.

Agrippa

32 DE IVD. RELIGIONIS

co interemit. Idē cum propria filia Cōstantia, & nepte Laura Farnesia incestam consuetudinem habuit, & in tabulis XLV. millia meretricum consignata habuit, vt ex earum fornicatione singulis mensibus cēsum exigeret. Possent longè plura fœditatum exempla proferri, nisi verendum esset, ne tot abominandis spurcitijs aures piorum ac honestorum offenderentur. *SEQVITVR ERGO PROBANDVM* quòd Pontifices fuerint rabidi tyranni. Ioannes XIII. ex suis Cardinalibus quòsdam oculis, quòsdam linguis, manibus, naribus & testiculis priuauit. Bonifacius VII. Ioannem XV. ex insidijs cœpit, oculis priuauit, carcere clausum fame necauit, & sic Pontificatum cōsecutus est. Vrbanus VI. nouos Cardinales creās, septem ex veteribus in carcerem coniecit, quinque eorū sacco impositos aquis submersit. Innocentius VIII. ciues Romanos ad concordiam cohortantes eum ad Ludouicum nepotem in hospitali S. Spiritus commorantem ablegauit ex composito, qui statim II. ex ipsis necauit, & per fenestras deiecit dicens: Non alio modo schismata tolli posse. Sergius III. cadauer Formosi post octennium denuo è sepultura extrahi, fedi Papali impositum capite truncari, tres reliquos eius digitos (nam bini per Stephanum V. abscissi fuerant) amputari, & cum his totum corpus in Tyberim proijci iussit. O inauditam rabiem. *TETIO* Pontifices fuisse Dæmoniacos probant. Alexander enim VI. Dæmonibus ex fœdere iunctus fuit, vt Pōntificatū indipisceretur. Paulus III. inter Necromanticos primas tenuit. Benedictus IX. in quibusdam nemoribus per Magiam spiritus malignos inuo-

Marinus.
Eusebius ca-
ptiu. Paul.
Verger.

Luitpran. li.
G. integr.

Plat. & Val.
Ansel.
Stella.
Cranzius.
Vielinus.

Vale. Ansel.
Volat. Ma-
rim.

Luitp. li. 3.
cap. 12.

Hier. Mar.
in Euseb.
Val. Pan-
cring.

Pontificū
inaudira
crudelitas.

Pontifices
Dæmonia-
ci.

PONTIFICIÆ ET REFORMATÆ. 33

Luca. li. 6. inuocauit, & foeminas, quas voluit, Necromãticis operationibus in fœdos amplexus trahebat. Ioannes XIII. in ludo alearum Dæmones in auxilium inuocabat, ac ijs vinum præbibeat. *QUARTO PONTIFICES FVISSE* impios & omnis religionis expertes probatur. Nam Leo X. proponenti semel Petro Bembo quipiam ex Euangelio respondit: Quantum nobis ac nostro cœtui profuerit ea de Christo fabula, satis est seculis omnibus notum. Nicolaus I. dicebat: honestius esse pluribus meretricibus occultè implicari, quàm aperte in hominum conscientia cum vna coniuge viuere. Syluester II. dum Missam celebrat ex strepitu Dæmonum febre correptus, ac intelligens Satanæ promissum soluendum iam esse, inter ipsas mortis angustias rogauit manus, linguam, & genitalia sibi abscindi. Gregorius VII. in ultimo vitæ articulo aduocans Cardinalè quendam, seipsum mortis damnauit, quòd inter multos populos odia seuerit, & Henricum Imperatorem iniuste persecutus fuerit. Iulius III. propter denegatã à medico carnem porcinam erupit in hanc blasphemiam: In contemptum Dei. Idem Iulius propter consumptum frigidum pauonem, quem asseruari iusserat, uehementer excandescens, atrocissimam in Deum blasphemiam euomuit. Cumq; ex Cardinalibus accumbentibus quidam dixisset: Ne tantopere commoueat Sanctitas uestra pro re tantilla: respondit Papa: Si Deus uoluit propter vnicum pomum tantopere irasci, vt eiecerit primos parentes è Paradiso: an non licet mihi, qui sum eius Vicarius, irasci propter pauonem, qui pomolõgè charior est. *Quintũ CRUDELISSIMÆ CARNIFICINAE CRIMEN* restat probandum: Iulius II.

Benno
Card.

Pontifices
Athei.
Vitæ Pontificum.
Exempla
Huldrici &
Aug.

Pet. Pre.
Ben. Card.

Ben. Card.

Pantal.
Pau. Verg.

Vergerius.

Pontifices
carnifices.

E intra

34 DE IVD. RELIGIONIS

intra septennium plus quàm ducenta Christianorum hominum millia occidi iussit. Gregorius IX. Legatos Imperatori, per quos de recuperata Hierosolyma certior fiebat, occidi contra ius gentium mandauit. Clemens VIII. Conradinum Siciliae Regis filium publicè sine ulla lege ac ratione decollari iussit. Iam quid opus est enumerare innumera millia hominum, quos in terrarum plagis omnibus, religionis causa exquisitissimis suppliciorum generibus affecerunt Papæ? *SEXTO PRO- DITIONEM PONTIFICVM* probat paucis exemplis allatis. Omnia enim commemorare integri esset voluminis. Fridericus Imperator in comitijs Norimbergensibus palam de prodicione Alexandri III. coram Principibus Imperij conquestus est, & proditoriâ eius epistolam ad Soldanum missam perlegit. Gregorius II. interdixit ne vectigal solitum Leonis Imperatori penderetur. Alexander VI. Turcas aduersus Gallos in auxiliu aduocauit. Gregorius IX. rogauit per literas Soldanum Turcarum Imperatorẽ, ne terram sanctam redderet, imò daret operam, vt Casarem interficere possit. *SEPTIMUM VENEFICII CRIMEN* probandum venit. Paulus enim III. matrem ac neptem suam veneno sustulit, vt tota Farnesiorum hæreditas ad illum conflueret. Alexander VI. Gemeni Baiazetis Turcarum tyranni fratrem captum quidem, sed pro ducentis aureorum millibus à Turca redemptum contra ius gentium *TURCICO MORE* veneno netauit. Idem verò dum Cardinales quoque nonnullos eodem veneni genere tollere statuisset, ac pocillatores mutata lagena venenum ei propinassent, vnâ cum senatoribus ac Cardinalibus periit. Innocentius III. per sacrificulum venenum

Hald. Hutten. Grebelius. Gil. Duchinius. Eras. Colet.

Vide acta Martyris Aratorum, Gallorum, Germanorum.

Vide quomodo captus Imperator & dimissus à Soldano fuerit.

VII. Pontifices venefici.

Vicelius. Volater. Mar. in Euf.

Contarenus Vergerium & similes.

Matthæus Parisius.

Pontifices Proditores.

Naucerus Baranus.

Vergerius & Agrip.

Vergerius de Veneno li. 5. epistol.

PONTIFICIÆ ET REFORMATÆ. 35

venenum in hostia Imperatori dandū curauit. OCTA-

Pontifices
spuriij, no-
thi, & me-
rettricū filij.

VO SPVRIOS ESSE DICVNT. Martinus enim II.

Palumbi Necromantici sacerdotis ex scorto: Ioannes

XI. Landonis I. Papæ ex scorto filius fuit: Sergius III.

Ioannem XII. ex Marozia famosa meretrice: Ioannes

XII. Ioannem XIII. ex scorto: Leo sacerdos Ioannem

XVI: Gregorius Episcopus Benedictū VIII. & Ioan-

nē XXII. Laurētius Archipresbyter Syluestrū III. Ro-

bertus Monachus Hadrianū IIII: Gregorius XII. Eu-

geniū IIII. Leo X. Clementē VIII. Innocētius III. Gre-

goriū I X. Innocentius IIII. Hadrianum V. ex impuris

scortationibus genuerunt. An verò Deus Opt. Max. tā

grauia scelera impunita reliquisset? Imò verò afferunt

Euāgelici & prodigia, & singulares pœnas, quib. Deus

Opt. Max. declarauit hæc horrēda Pontificū scelera sibi

vehemēter displicere. Nā principio quidē quod attinet,

Prodigia Benedicti certē III. tēpore Moguntię Diabo-

lus sub cuiusdā Presbyteri cappa lustralem aquam spar-

gentis latitans plurimis hominibus audiētibus accusa-

uit eū, quòd præcedēti nocte fœdā cōsuetudinē cū filia

procuratoris habuisset. Pauli I. tempore iuxta vaticiniū

Spiritus S. stellæ de cœlo cadere uisę sunt. Sedēte Ioāne

XII. Genuæ fons largissimi sanguinis effluxit. Sergio

IIII. moriēte fons quidā in sanguinē versus fuit. Bene-

dictus IX. à Dæmone, cui se m̄ciparat uiuus, suffoca-

tus est, cuius tēpore magnæ trabes in cœlo ardere uisę

sunt. Sub Paschali cū alia multa miracula contige-

runt, tum sanguis ex panibus spiræ effluxit. Sedēte Lu-

cio III. qui sacra scortatorum approbauerat, ingens ter-

ramotus factus est, qui insignes urbes in Asia &

25000. hominum in Sicilia deleuit. Anno Domini

PRODI-
GIA diui-
na ob scele-
ra Paparū.

Sigebertus
& Vincens-
tius.

Petrus Pres-
monst.

Benno Car-
din.
Ab. Vrsper.

36 DE IVD. RELIGIONIS

1224. quo Dominicani Fratres ex Italia in Angliam traiecerant, miræ tempestates excitatæ fuerunt, quæ
 1266. templa, ædes & arbores diruerunt, lapidesq; ad ouorum quantitatem cœlitus deciderunt. Sedente Urbano III. qui sceminæ cuiusdam instinctu festum panis Eucharistici instituerat, maximus Cometes apparuit tribus mēsis, qui ea ipsa nocte, qua Urbanus defunctus est, apparere desijt. Nicolaus III. ex concubina filium crinibus & anguibus similem vrsæ generauit.
 1350. Ioannes XXIII. dum Romæ synodo coacta Sigismundum Regem Vngariæ diademate imperiali uellet ornare, ac post Missam de Spiritu Sancto confedisset in cathedra: subito bubo quidam horrificus astitit trabi templi è regione eius, & horrenda voce coniectis in Papam oculis tamdiu ibi bubilauit, quandiu Papa soluto Concilio surgens abscederet. In altera verò sessione, cum bubo iterum aduolans & rauciens, nec clamoribus, nec fustibus potuisset abigi: synodum sine
 1517. omni effectu necesse fuit dissolui. Quo die Leo X. Cardinales XXX. creauit: ingens fulminis & tonitruū tempestas facta fuit, adeo ut fulmen ædem, in qua ceremoniæ fuerant peractæ, tetigerit, & imaginem puelli Christi è gremio Deiparæ, clausq; de manibus Petri excuserit. Essent & alia complura miracula, si commemorare liberet: sed consultius foret, si ex pœnis quoque tantorum scelerum aliquot protulerimus. Syluestrius Campanus à Theodora meretricia Romæ Domina in exilium relegatus fuit. Constantinus II. in Concilio tam oculis quam Papatu priuatus in monasterium detrusus fuit. Hadrianus III. in coqui habitu Roma fugiens Venetias venit, vbi in monasterio delitescens hortulo.

Matth. Parisius.

Ioan. No-
uionagus
in illustra.
Batauiæ.

Pœnæ mi-
raculosæ
quib. Deus
Paparum
horrenda
scelera de-
testatus
est.

Vide super
luritas Pon-
tificum apud
pœdicos au-
thores.

PONTIFICIÆ ET REFORMATÆ. 37

hortulo præfectus fuit. Hadrianus VIII. musca in os eius inuolante suffocatus animam efflauit. Ioannes XXII. Camera genialis ruina obrutus interiit. Ioannes XI. à Guidonis militibus comprehensus, & ceruicali super os eius iniecto suffocatus est. Benedictus VI. à Cynthio quodam ciue Romano propter scelera in molem Hadriani inclusus strangulatus fuit. Bonifacij VII. subito mortui cadaver fune ad pedes alligato lanceis confossum, ac per plateas tractum populari sepulturæ mandatum fuerat. Lucius II. dum Capitolium senatoribus plenum expugnare vult: lapidibus ita confectus est, vt breui post illos ictus expirauerit. Innocentius VIII. cum Robertum Lincolinensem Papæ scelera voce scriptisq; insectantem iniuste damnaasset, ac hic eum ad Iudicem Christum appellasset: audita est vox in curia Papæ clamans: Veni miser in iudicium Dei. Proinde postero die repertus est Papa liuidus ac exanimis in lecto, quasi fuste percussus interiisset. Nicolaus III. apoplexia correptus obiit: Benedictus IX. veneno per Abbatissam ficibus imposito necatus est. Paulus II. iucundissimè cœnatus apoplexia interiit. Leo X. inter pocula letus ac ridens animam efflauit. Clemens VIII. cum Rege Gallorum Francisco contra Carolum V. conspirans ab eius Ducibus Roma direpta, captus ac mirifice quidem ludificatus, sed postea loco pristino vicissim restitutus, tandem verò anno *M. D. XXXVIII.* fumo funalis cum Cardinalibus aliquot præfocatus fuit. *HÆ SVNT IGITVR CAVSÆ*, ob quas Euāgelici recusant Pōtificates pro Iudicibus agnoscere. *PRIMVM* enim dicunt contra ius diuinum & humanum fore, si Pontifices & actoris & Iudicis partes sustinere

Definitiuæ
& summarie
reiectionis
Paparu
causæ.

uelint. Nam etiam iuxta peruulgatam Canonistarum sententiam Papa neq; in solo hæreseos quidem crimine est idoneus iudex, sed ab alijs iudicari oportet. *HVC*

*Distin. 40.
Can. Si Pa-
pa.*

ACCEDERE dicunt tot horrenda & grauissima scelera, quorum etiam si nondum damnati fuissent, sed rei duntaxat facti: tamen non solum iudices illis esse non liceret, sed ne infimum quidem hominem ullius delicti accusare, priusquam illis se omnibus criminibus idonee purgassent. *DENIQUE* cum omnium gentium hoc ius esse constet, vt in arduis deliberationibus ex maioris partis sententia iudicetur, presertim vbi maior pars non tantum ex personarum numero, sed etiam ex vniuersi ordinis modo & quantitate censetur: regna verò supra commemorata, quæ Pontifices Romanos damnarunt, facile duas Christianitatis partes è tribus obtineant: merito dicunt se Papas respuere posse.

*1. 16. si vnus
17. §. vlt.*

Quamobrem aut purgent se prius his grauissimis criminationibus, aut si id facere non possunt, pro iudicibus controuersiarum Ecclesiæ sese ne obtudant. Aliàs enim idem se responsum duros esse Pontificibus Euangelici dicunt, quale olim Ioannes XXIII. acceperat à Græcis, quibus cum scripisset se solum esse caput Ecclesiæ ac Vicarium Christi, illi breuiter responderunt: *POTENTIAM TVAM SVMMAM ERGA TVOS SVBDITOS FIRMITER CREDIMVS: SVPERBIAM TVAM SVMMAM TOLERARE NON POSSVMVS: AVARITIAM SATIARE NON VALEMVS: DIABOLVS TECVM: QVIA DOMINVS NOBISCVM. RE-*

STAT REFORMATAE RELIGIONIS HOMI-
NIBVS ostendendum, quamobrem & quatenus non agnoscant

EPISTOLA EVANGELICORVM ad Papas.

CONCILIA QUATENVS POSSINT

Cur Concilia rejiciantur.

PONTIFICIÆ ET REFORMATÆ. 39

Causa 1. agnoscant Concilia pro ludicibus. Ipsi verò grauissimis causis adductos se facere hoc asserunt. *PRIMUM* enim plurima fuerunt Concilia, quæ non solum in moralibus præceptis, sed etiã in ijs, quæ doctrinã spectant, horribiliter errarunt. Inde factum est, quòd non raro Synodi prouinciales ab œcumenicis, & e contra generales à rationalibus correctæ sint. *DEINDE* nec probatissimæ quæque Synodi tractarunt singulos fidei articulos, sed paucas duntaxat cõtrouersias, quæ ijs seculis potissimũ agitatae fuerunt. *PRAETEREA* etiã aureis illis temporibus constat ex historijs eam fuisse nonnullorũ Episcoporum partim ambitionẽ, partim futilitatẽ, partim ignorantia, partim denique improbitatẽ, vt non spiritus Dei Concilij eorũ, sed spiritus discordiarũ præfuisse videatur. *DENIQUE* postremis tẽporibus talia Cõcilia fuisse habita legitimus, in quibus non argumentis nec autoritate verbi diuini, sed armis impia dogmata, & ceremonie vel inutiles vel noxie introducte cõfirmateque sint. Quæ ne quis per calumniã fingi existimet, breui conciliorũ catalogo certissimẽ demonstrari poterit. Si quis enim veterum temporum historias euoluerit, verissimẽ hoc cõperiet, quòd quemadmodũ iuxta veterẽ domus Eliẽ traditionem totũ mundi visibilis tempus in ter binos millenarios diuisum est: (Nam sex millia annorum mundus & deinde conflagratio: Duo millia inane: Duo millia lex: Duo millia dies Messia, & propter peccata nostra, quæ magna, multaque sunt, deerunt anni, qui deerunt) ita tẽpus Messie in tres quasi periodos, quibus omnia etiã ferẽ imperia mutationes sentiunt, distributũ sit. His tribus periodis vera religio ac Catholica Ecclesia instar lune decre-scere & crescere cõperta est. Quingentis enim à Christo nato

IVDICA-
RE DE
RELIGIO-
NE ET
QVATE-
NVS
NON.

TRADE-
TIO DO-
MVS ES-
LIAE.

TRES PE-
RIODI
NOVI Te-
ramenti.

Ecclesia si-
milis Lu-
na.

nato

40 DE IVD. RELIGIONIS

Apoc. 12. nato annis, quamvis certamina quædam de Filio Dei
 rebusq; alijs magnis inciderint per Ebionẽ, Cherintũ
 & alios: veritas tamen uicit, & per totam 500. anno-
 rium seriem Ecclesia floruit, ac quasi in plenilunio quo-
 dam perseverauit. In hanc enim periodum inciderunt *Ach. 1. 6 15.*

QVATVOR SYNODI APOSTOLICÆ. quatuor primitiua Apostolorum synodi, & quatuor
 postea œcumenica concilia, quorum primum à Con- *Nicensis*
 stantino magno conuocatum damnauit Arium: se- *328.*
 cundum Constantinopolitanum à Theodosio coactũ *Constantino-*
 refutauit Macedonianos: tertium Ephesinum à Theo- *politano*
 dosio II. Arcadij filio indictum damnauit Nestorium: *385.*
 quartum Chalcedonẽse à Martiano cõuocatum dam- *Ephesium*
 nauit Eutychem. Horum quatuor Cõciliorum symbo- *435.*
 la tanquam *ἐκ θεῶν κειμένων* Reformata Ecclesia libenter *Chalced.*
 amplectitur. Sunt enim ex ipsis sacra Scripturæ funda- *455.*
 mentis extracta. *SE QVINTIBVS* verò quingentis

Secunda annis ita colluctatum est cum veritate mendacium, ut *periodus.*
500. anno- quamprimum à tramite sacrarũ literarum longius dis-
 cessum est, statim multiplicia falsorum dogmatum &
 noxiarum ceremoniarum germina emerferint, ac ma-
 gis magisque suppullularint. Etenim in quinto quidem *552.*
 concilio œcumenico Constantinopolitano per Iusti-
 nianum Imperatorem coacto refutati sunt ij, qui dice-
 bant corpus Christi incorruptibile fuisse. In sexto, quod *681.*
 ibidem Constantinus V. Barbatus indixerat, Mono-
 thelitæ damnati sunt. Verum sequentia postea Cõcilia
 ferè omnia vel res ineptas, vel penitus verbo Dei con-
 trarias decreuerunt. In septima enim synodo œcumeni- *788.*
 ca, quæ conuocante Imperatrice Constantinopoli Ni-
 ceam traducta fuit, non autoritate verbĩ Dei, sed vi
 exercitus ex Thracia vocati decretum est *ἡ ἐκκλησία*
 ἡ

PONTIFICIÆ ET REFORMATÆ. 41

καὶ ὁ δὲ αὐτὸς τὰς εἰκόνας ἐκόντας: hoc est, ut imagines ad-
 rarentur & colerentur. In octauo verò œcumenico, ^{869.}
 quod Basilio Imperatore Constantinopoli coactum
 fuit, cum Adrianus Pontifex Romanus missis eo suis
πρωτοσημαῖς seu legatis locum tenentibus mandaret,
 ut Romana Ecclesia esset caput reliquarum, utq; laici
 ab omni electione clericorum excluderentur: inte-
 stinum inter Latinos & Græcos ob primatum exortū
 fuit, quod ad hodiernum vsque diem durat. *RELI-*
QVIS VERO QVINGENTIS annis talia Conci-
 lia secuta sunt, in quibus nihil ferè boni, sed potius
 impia ac inepta quæque constituta videbimus. In sy-
 nodo Moguntina (liceat enim mihi ex singulis dun-
 taxat centenarijs singulas synodos docendæ rei gra-
 tia delibare) cui & Papa & Imperator interfuere cum
 CXXX. Episcopis, de prohibendis Sacerdotum con-
 iugijs deliberatum fuit. In Synodo Brixienſi, quæ co- ^{1080.}
 acta fuit ab Henrico, Gregorius VII. ob dicta scelera
 deiectus fuit. In Synodo Papienſi cū Fridericus Imp. ^{1160.}
 electionem Paparum emendare vellet, ortum est dis-
 fidium XX. annorum, quod tantisper durauit, donec
 Imperatoris collum Papa Venetijs conculcasset. In
 Lugdunenſi synodo Innocentius III. decretum fe- ^{1243.}
 cit contra Henricum II. Imperatorem, & Cardinali-
 bus potestatem fecit vtendi pileis roſeis & equis. In
 Viennensi Gallia Lugdunenſis synodo Clemens V. ^{1311.}
 Clementinas suas solenniter promulgauit, quas licet
 moriens comburi mandasset, ut pote quibus multos
 laqueos & errores cōtineri cognouisset: tamē Ioan-
 nes XXI. successor eius denuo eas confirmauit. Si-
 gismundus Imp. conuocauit synodum Oecumeni- ^{1414.}
 F cam

cam Constantiæ, in qua Ioannes XXIII. Pontificatu priuatus est. Combusti sunt præterea ibidem contra fidem datam Ioannes Hus & Hieronymus Pragensis, co quòd amplexi fuissent sententiam Ioannis Vviclephi Angli, qui docuerat cùm alia verbo Dei consona, tum etiam vt cœna Domini administraretur integra sine figmento Transubstantiationis. Coacta est synodus Basileæ eodem Sigismundo Imperatore, in qua decretum fuit Papas concilijs subiectos esse. Quod cum Eugenio displicuisset, synodum primùm Bononiam, inde Ferrariam, mox in idem Florétiam transtulit, vbi licet Ioannes Palçologus Imp. Græcorum spe auxilij contra Turcas, ac ipsi quoque Ruteni promississent subiectionem erga sedem Romanam: tamen postea vbi illis dõnum reuersis reliqui assentire iustis de causis noluissent: pax cum Romanis Pontificibus iniri non potuit. Tandem coëgit & Iulius II. Lateranense concilium, ac Paulus III. Tridentinum, in quibus, quoniam nõ secundũ leges in verbo Dei p̄scriptas processum est: idcirco decretis eorũ se nõ teneri Reformati asserunt. Ex quibus omnibus patet qualia Cõcilia fuerint celebrata posterioribus seculis. Nam quod *CONTRARIETATEM CONCILIORVM* attinet: eam demonstrare facillimum fuerit. Nam Chalcedonẽse concilium damnauit Eutychem: Ephesinum probauit: Nicænum damnauit Arium: Sarricenum, Smirnense, Mediolanense saluauit: Concilium Numidiæ, Præside Cypriano, baptizatos ab hæreticis rebaptizãdos decreuit: b Charaginense prohibuit. Ephesinum, Pontifice Celestino, vtramq; speciem sacramenti communicari permisit.

Mors Io-
annis Hus
& Hiero-
nymi Pra-
gensis.

1431.

1511

1552.

Plurimæ
concliorũ
contrarie-
tates.

Dist 32. can.
præter hoc.
b Dist 4. de
conf. can.
Non licet.

PONTIFICIÆ ET REFORMATÆ. 43

misit: Constantiense Ioanne XXIII. & Lateranense Innocentio III. sedentibus prohibuerunt. Cabinense sacrificium pro mortuis confirmat: ^{a Dist. 11. de cons. can.} Carthaginense prohibet Anchiutanum, Nicenū, Gangrense, Toletanum, Elibertinense probant coniugium Sacerdotum: Neocæsariense, Chalcedonēse, Agathense, & alia complura prohibent. Toletanum admittit concubinas: Carthaginense III. & Basiliense sub Eugenio IIII. damnat. Concilium Alexandri prohibet audire Missam concubinarij: Lucij verò III. permittit. ^{Dist. 30. c. Si quis.} Gangrense damnat eos, qui novas constitutiones populo præscribunt: Constantinopolitanum *VI.* permittit. ^{b Dist. 34.} Toletanum canone *XI.* Elibertinum canone *36.* prohibent imagines: Constantinopolitanum *VI.* & alia complura statuunt. Quid plura? Concilium Africanum improbat primatum Papæ: Chalcedonense *VI.* & alia complura statuunt. Cōcilium Gelasij decreuit contra transubstantiationem: Florentinū sub Victore II. Lateranense sub Innocentio III. statuunt. En Conciliorum authoritatem: en concordia. Et hæ sunt causæ, ob quas nolunt Euangelici concilia simpliciter pro Iudicibus controuersiarū religionis agnoscere, sed pro iuratis testibus, idq; hætenus duntaxat, quatenus testimonium eorum cum literis testamenti, menteque Testatoris Dei Opt. Max. congruit. *RECTE MONET IGITUR AUGUSTINVS*: ne in controuersijs Ecclesiasticis vel Niceni, vel Ariminensis concilij authoritatem ducem sequamur, cum ea non teneamur, sed potius Scripturarum authoritatibus res cum re, causa cum causa, & ratio cum ratione concertare debeat.

Verba Augustini.

Lib. 2. cont. Danati. de bap. cap. 3. Lib. 13. cont. Max. Arian. 14. Lib. cont. miss. Ecc. cont. Don. cap. 15.

Cyri. ad
Reg. de fide.
Hieron. in
Ier. cap. 9
Amb.
1. Cor. 4.
Greg. Mag.
Decret. dist.
15.
Patres non
possunt esse
iudices
religionis.

Errores &
lapsus Pa-
trum.
Tertullia-
nim.

Cyprianus.

Basilus.

LAICO EXIM. DICENTI VERVM iuxta Sanctas scripturas plus est credendum, quam vniuersali Concilio proferenti mendacium contra Scripturas. *RESTAT TERTIVM GENVS IVDICVM, PATRES NEMPE VETVSTIORES:* Sed neq; hos se simpliciter pro Iudicibus Euangelici agnoscere posse dicunt. Primùm enim aiunt vetustissimos esse 1. per paucos, qui tamen omnes errare se potuisse manifestè declararunt. *DEINDE* quia sequens postea 2. seculum falsa persuasio de inuocatione mortuorum, de extruendis templis, de honoranda Martyrum memoria, de allegorica Scripturæ interpretatione, de cœlibatu, de Monachis, & de rituum multitudine ita iam peruaserat, vt hos omnes errores multi Episcopi partim ignorantia, partim auaritia, partim ambitione, partim deniq; manifesta improbitate tantum abest vt repressissent, vt potius fouerint. Possent hoc multis exemplis confirmari, sed pauca pro rei declaratione sufficient. Agnoscunt fideles Tertullianum, quatenus ex scripto Dei verbo Marcionem & Praxeam diuinam simul & humanam naturam Christi negantes confutauit: verùm quòd Chiliastarum errorè tuetur, & secundas nuptias damnat: in eo ipsum errasse iudicant. Cyprianus rectè sensit de S. Triade, baptismo paruulorum, & vsu cœnæ: sed errat in eo, quòd ab Hæreticis baptizatos rebaptizandos decreuerit, & cœlibatum pœnasq; Canonicas nimis hyperbolicè exaggerarit. Piè sensit Basilus de S. Triade de pœnitentia, ac iustificatione: sed in eo reprehensione non caret, quòd cœtus Monachorum primus instituerit, qui iam à primo sine nimis degenerare iudicantur.

PONTIFICIÆ ET REFORMATÆ. 45

dicantur. Multa benè Gregorius Nazianzenus: sed errat in eo, quòd Sanctorum inuocationem videtur statuere. Plurima præclare scripsit Chrysoftomus: sed dum studio facundiæ peregrinationem notiuam, & orationem pro mortuis laudat, hallucinari iudicat. Non pauca valde piè scripsit Ambrosius, de S. Triade, deq; iustificationis dogmate: sed libros supposititios, qui nomine eius circumferuntur, Reformatorū Ecclesia rejicit. Hieronymus egregiam operā nauauit Ecclesiæ, dum disputat renouationem nō viribus liberi arbitrij fieri: sed interim fœdissimè peccat in eo, quòd cōiugium tantopere vituperet, vt meretricem dicat esse, quæ post secundas nuptias nubat. Augustinus omnium vetustiorū Patrum purissimus præclare meref de Ecclesia, dum Arrianos, Manichæos, Donatistas, & Pelagianos ex verbo Dei refutat: Ast dum de purgatorio, ac de votis dubitat, in eo verbū Dei non consuluisse iudicatur. Gregorius benè sensit, dum dixit Antichristum esse illum, qui cupiat vniuersalis Episcopus nominari: Sed horribiliter labif, dum legitima ministrorum verbi Dei coniugia distrahit, dum nefas esse dicit vitam monasticam deserere, dumq; spectris mouetur, vt dogmata verbo Dei contraria comprobet. Iam verò quomodo possent Euangelici vetustiores Patres simpliciter pro iudicibus accipere, cum ne ipsi quidem actores singula eorum dicta probent ac obseruent. Ambrosius dicit vt officio humanitatis erga mortuos in sepultura defuncti sinamus eos quiescere. Gelasius dixit substantiam panis & vini in Eucharistia ita permanere & nō desinere, sicut manet in Christo Domino natura hominis.

Gregorius
Nazianzenus.

Chrysoftomus.

Ambrosius.

Hieronymus.

Augustinus.

Gregorius.

Testimonia Patrum
contraria
Pontificijs.

Lib. 1. de
Abraham. c.

8.

In Con. Ro.

46 DE IVD. RELIGIONIS

Lib. 2. pec. cat. merit. cap. vlt. minis iuncta diuinæ. Augustinus dixit temeritatem esse de rebus diuinis obscuris in vtramq; partem definire sine claris & euidentibus Scripturæ testimonijs. Calixtus vniuersæ Ecclesiæ dabat Eucharistiam, sceleratos arcebat illinc, ac damnabat eos, qui præfentes eâ non fruerentur. Cyprianus ait non denegandum populo Christiano Domini sui sanguinem, pro cuius confessione sanguinem suum profundere iuberetur. Apollo Montano inter alias hæreses hoc exprobrauit, quòd primus ieiuniorum leges populo imposuisset. Paphnutius negauit Ecclesiæ ministris interdicendum esse coniugium, ac consuetudinem cum propria uxore castitatem pronunciauit. Cyprianus dixit vnum Christum audiendum esse, de quo dictum sit: Ipsum audite, nec respiciendum, quid alij ante nos aut dixerint aut fecerint, sed quid Christus, (qui primus omnium est,) præceperit. Augustinus contendit Ecclesiam non debere se Christo præponere, quòd ille semper veraciter iudicet: Ecclesiastici autem iudices sicut homines plerunque fallantur. Ambrosius dixit sacra non aurum quærere, neq; auro placere, quæ auro non emuntur. Acatius dixit Deum nostrum nec edere nec bibere, ac proinde nõ opus habere calicibus ac discis. Spiridion dixit ideò se liberè carnes edere, quo die cæteri abstinebant, quia Christianus esset. Augustinus dixit nõ licere Monachis ex alieno viuere, etiamsi assidui essent in contemplationibus, orationibus, & in studijs. Epiphanius dixit horrendam esse abominationem videre depictam vel Christi, vel Sancti vllius imaginem in templis Christianorum. Hos & his similes veterum Patrum

Augustinus.

Calixtus.

Cyprianus.

Apollo.

Paphnutius.

Cyprianus.

Augustinus.

Ambrosius.

Acatius.

Spiridion.

Augustinus.

Epiphanius.

PONTIFICIÆ ET REFORMATÆ. 74

Patrum terminos cum metipſa Romana ſedes tranſgrediatur: quo ſanè iure poſſit id alijs obſeruandum præſcribere, quod ipſa facere negligat, iudicari poſteſt. Cùm igitur, neq; Pontifices Romani, neq; Concilia, neq; Patres, poſſint hanc litem dirimere: ecquis erit tandem, cuius iudicio ſtandum ſit? *NUM TRADITIONES?* Atqui traditionum nomine vel ritus intelligant oportet, vel dogmata. Ritus ſanè quamlibet vetuſti, tamen ſi vel noxij, vel inuſiles, vel verbo Dei contrarij, vel etiã certis temporibus aboliti ſint: tolerari nequaquam poſſunt. Nam diſertè mandat Dominus, ne ipſe doctrinis humano cerebro adinuẽtis colatur. *TRADITIONES* verò dogmatũ vel cõprehendant ſub ſe neceſſe eſt & ipſum ſcriptum Dei verbum, ſymbola ac explicationes contra hæreticos ex fundamentis Scripturæ bona conſequentia eductas: vel ea, quæ ſeu manifeſtè ſeu obliquè ſcripto Dei verbo adijciuntur vel adimuntur. Si prius, quis nõ traditiones agnoſcat? Sin poſterius, quis eaſdem ſalua pietate non reſpuat? Quantum ergo traditiones valcant ad diſſidium Eccleſiæ componendum, ſat manifeſtum reddunt historiæ veteres. Cùm enim vetuſtiſſimis temporibus de feſto Paſchæ controuerſia incidiſſet in Eccleſiam tanto cum tumultu vt totus orbis concuteretur: vtraque pars confugit ad Apoſtolicas traditiones, quæ nullo certo libro ſunt comprehenſæ. Verùm cùm vtraque pars diceret ſe feſtum Paſchæ celebrare tempore per Apoſtolicas traditiones oſtenſo: eò tandem deuentum eſt, vt mera fuerit Eccleſiæ libertas in omnibus huius generis rebus tantisper, donec tyrannis inualeſceret.

En quan-

TRADITIONES
NON POSSE
IUDICARE De
cõtrouerſijs
Religionis.

Controuerſia de
Paſchate.

*Eufeb. lib. 3.
hiſt. cap. 4.
lib. 5. cap. 8.
Irenæus lib.
3. cap. 14.
Lib. 1. cap.
2. 3. 12. lib.
3. cap. 4.
Tertull. in
præſcrip. hæ-
red.
2. Corinth.
3. 12.
1. Cor. 4.*

*Socrat. li. 5.
cap. 22.
Auguſt. ad
Caſulam epiſt.
86.*

Irenæus epi.
stola ad
Vith. Rom.
Epi. sc.

MIRACV-
LA NON
ESSE

Reli-
gionis veræ.
b. Aug. deli.

22. cap. 8.
libr. de vera
religione.

2. Paralip.
22. v. 30.

Ier. 10. v. 35.

Psal. 82. v. 6.

Luc. 11. 19.

Io. 12. 26.

D. ut. 13.

2. 1b. f. 2.

Aug. quæst.
82. lib. De f.

orth. fil. cap.
47.

August. lib.
de Civit.

Dei 22. ca. 8.

Crysost. ho-
mil. 33. in

Matth.

SUCCESSI-

ONEM

PONTIFI-

CAVICVM

NON ES-

SE IVDI-

CEM Reli-

gionis.

En quantum valeant Traditiones ad componendas religionis controuersias? *NUM ERGO MIRACVLA DECLARABVNT*, quæ sit causa melior, aut quæ sit Ecclesia Catholica? Sed enim finis miraculorum iam cessauit. *b* Nam non nouum Euangelium nouaque doctrina nunc prædicatur, sed quam Christus & Apostoli miraculis ac prodigijs confirmarunt. *DEINDE* non omnes, qui religionem renouarunt quasi & reformarunt, miraculis claruisse legimus, in quorum colonia meritò Ioannes Baptista, Asaph, Ethan, Iedithun, Heman, Core, & alij Prophetæ censendi sunt. Præterea nisi donum miraculorum permittatur sapienti dispensationi Dei: doctrinam vllam confirmare non possunt. Constat enim miracula Christi cæteroqui plena virtutis, plena maiestatis: Iudæis tamen præfractarijs ad fidem & pietatem vel nihil vel parum profecisse. *DENIQVE* quomodo miracula possent necessaria signa veræ religionis esse per se, cum manifestum sit Antichristum cum Pseudoprophetis plurimis miraculis clarere? Quãobrem meritò miracula & prodigia censerentur debent in mirabiliarij, qui tempore & sine miraculorum trãfacto prodigia adhuc requirunt: licet ne nunc quidẽ vera doctrina magnis sanè miraculis destituit. *SUCCESSIONE ERGO PERPETVA ET CONTINVATA ROMANORVM PONTIFICVM* poterit veram religionẽ à falsis distinguere. Successionem sanè aliam esse doctrinæ veræ, aliam personarũ, nemo negabit. Quapropter si successio personarum coniungatur cum successione doctrinæ Propheticæ & Apostolicæ: constat certè non leue esse illius momentum.

PONTIFICIÆ ET REFORMATÆ. 49

In orat. in
Maxim. cy-
nicum.

In orat. de
Athanas.

Haecenus
verba Na-
zianzeni.

Apocal. 1.

Apocal. 13.

Apocal. 17.

mentum. Hoc sensu enim veteres successione[m] hæreticis obijciebant. Etenim qui eandem doctrinam proficitur (verba sunt Nazianzeni) eiusdem quoque throni particeps est: qui autem contrariam sententiam amplectitur, is successor censer[is] non debet. Atque hæc quidem nom[en], illa verò veritatem habet successione[s]. Nisi quis fortassis ita successione[m] dicat, quemadmodum morbum sanitati, tenebras luci, tempestatem tranquillitati, dementiam prudentiæ, fecem uino, ac denique Neronem Augusto, aut Cambysem Cyro succedere dicimus. Cùm igitur successio doctrinæ Prophetiæ & Apostolicæ in Ecclesia Pontificia iam dudum sit interrupta: certè ordinaria quoque Romanorum Papatum continuatio ad ostendendam veram religionem nullius erit momenti. Sed fortassis tempus ab Evangelicis & personam quaerent, in qua successio doctrinæ mutata sit. Ad hoc respondent Reformati Pontifices Romanos in tres potissimum classes digerendos esse. Nam à Lino usque ad Milchiadem XXXI. numero Pastores veros fuisse non negant, qui in messe Evangelij usque ad martyrium laborarunt, ac proinde merito stellæ in dextra Christi permanentes dici possunt. A Syluestro verò I. usque ad Sabinianum Thuscum XXXIII. dicunt fuisse Episcopos mythratos, qui etsi pessimi non fuerint: traditionibus tamen suis ac decretis Antichristo Magno sedem pararunt. Reliquos omnes usque ad præsentem Antichristos appellant, ita tamen ut XXXIX. eorum à Bonifacio III. & VIII. usque ad Leonem III. censeantur in regno magnæ Bestiæ: XXXI. eorum à Ioanne VIII. usque ad Ioannem XVIII. numerentur in regno Meretricis magnæ: XXXIX. eorum usque ad Celestinum III. pertineant ad

Quando mutata sit successio doctrinæ in Ecclesia Romana.

Prima classis Rom. Pontificum.

Secunda classis.

Tertia classis.

Quarta classis.

Quinta

G regnum

50 DE IVD. RELIGIONIS

Apoc. 20. regnum Draconis: ab Innocētio verò III. vsq; ad præ-
sentem *LVIX.* circiter eorum numerentur in regno lo-
custarum iuxta seriem vaticinij, quod Deus de regno

Sexta.

Apoc. 9. Antichristi diserte voluit extare. En vires successio-
nis en auctoritatem. *NUM ERGO CONSONANTIA*
IN PVBLICA Doctrina & externo cultu ostendet
quæ verè sit Catholica Ecclesia: Atqui si merus con-
sensus ostenderet veram Ecclesiam: nec Iudæi utique
nec Turcæ, nec alterius farraginis Hæretici aut Ethnici
quidem excluderentur à titulo veræ Ecclesiæ, cum vi-
deamus ipsos quoque in suis erroribus mirifice con-
sentire. Ac videmus sæpè magnos in Ecclesia viros a-

Quòd con-
sensus sit si-
gnum verè
Ecclesiæ.

Aët. 15.
Sozom. lib. 1.
cap. 16.
Socrat. lib. 4
cap. 32.
cerbis inter se contentioibus exarsisse. Inter Barna-
bam & Paulum tanta disceptatio intercessit, vt alter
seiuingeretur ab altero. Sic Petrus Alexandrinus &
Meletius: sic Epiphanius & Chrysostomus: Hierony-
mus, Augustinus & Ruffinus: sic denique Cyrillus,

Dissensio
magnorū
in Ecclesia
virorum.

Origen. con.
Celsum.
li. 7. Stromat.
tum.
Ioannes Antiochenus & Theodoretus manifestas in-
ter se habuerunt contentiones. Clemens certè Alexan-
drinus scribit Iudæos & gentes obieciisse Christianis
quòd inter se discordes essent. Ex quibus omnibus lu-
ce meridiana clarius esse potest, quòd quemadmodum
merus consensus non possit ostendere veritatem reli-
gionis: ita nec quælibet dissensiones arguant religio-
nem falsitatis, modò ne fundamentum dissensione cõ-
uellatur. *PVBLICANE ERGO CONSVETVDO*
multorum seculorū ostendet vbi vera sit Ecclesia quæ-
renda: Sed enim Deus prohibuit ne fideles æternæ Dei
veritati vlla annorū serie, vlla consuetudine, vlla de-
niq; totius mundi coniuratione præscribi patiantur. Sic
Noë cum exigua sua familia quanquam videbat totū.

•
QVOD ve-
tusta cõsue-
tudo nõ sit
signum ve-
ræ Ecclesiæ.

simul.

PONTIFICIÆ ET REFORMATÆ. 51

Hebr. 11.

simul orbem in eandem impietatem multorū retrò seculorum consuetudine confirmatam conspirasse: tamē maluit cum paucis in vera Dei doctrīna, quā cum toto mundo in impietate consentire. *ECCLESIANE* ERGO dirimet has controuersias Ecclesiæ? Atqui veram primam Ecclesiam oportet à synagoga malignantium discernere, quod nullis alijs modis quā verbo

Quomodo
Ecclesia sit
iudex?

Quòd solū
Dei verbū
scriptū de-
beat iudica-
re religio-
nem.

Luc. 16. 104.

4. Ioa. 6. 10a.

15. Act. 20.

Prov. 30. 2.

Tim. 3. 8.

August. tra-

ctat. cap. 11.

in Ioan.

Chrysof. ho-

mil. 41. cap.

22. in Matt.

Lib. de na. &

gratia cap.

61. contr.

Fau. lib. 11.

cap. 5.

Ad Oros. ca.

11. Ad Pau-

lin. Ad For-

tunat. lib. 2.

cont. Cresc.

Gram. cap.

32. Ad Vinc.

Don. ep. 48.

Dei potest fieri. *SCRIPTVRANE SACRA ITA-
QVE* iudex erit in hac discordium hæredū controuer-
sia? Sic sanè cupiunt Euangelici. Afferunt enim cū Au-
gustino, Chrysofomo, & alijs Patribus, omnia esse scri-
pto Dei verbo comprehensa, quęcunq; salutī credentiū
sufficerent. Nā ut alibi ait Augustinus: Solis Scriptura-
rū libris, qui iam Canonici appellantur, debemus hunc
honorem timoremq; deferre, ut nullum eorum autho-
rū scribendo aliquid errasse firmissimè credamus: Alios
verò ita legimus, ut quantalibet sanctitate doctrinaq;
præpolleant, nō ideo verū putemus, quia ipsi ita sene-
rūt, sed quia nobis per illas canonicas vel probabili ra-
tione, quòd à vero nō abhorreat, persuadere potuerūt.
Solis itaq; (ait alibi) Canonicis scripturis sine ulla recu-
satione cōsensum debemus. Ab alijs literis dissentire li-
cebit: Catholicis verò literis nemo non cedit, nemo nō
subscribet, siue fuerit laicus, siue sacerdos, siue Rex, siue
Imperator, Sacris literis cedat, quibus nihil sanctius, ac
magis necessariū in hoc mundo sit traditum. Quid his
Augustini testimonijs sanctius? quid clarius esse po-
test? Quod si verò hoc Euangelici impetrauerint, ut ni-
mirum Deus ipsemet sit iudex cōtrouersiarū religionis
ex uoce sua scriptis Prophetarum & Apostolorū com-
prehensa: iam verò nec Cōcilia, nec Patres, nec Miracu-

Ad Hiero.

Hactenus
verba Au-
gustini.

Quomodo
admittan-
tur Patres,
Cōcilia, &
similia.

la, nec eius generis alia grauantur pro iuratis testibus agnoscere, modò primùm vera Ecclesia à Synagoga Satanæ, non suspectæ fidei Patres ab hominibus vel imperitis vel hæreticis: legitimæ Synodi à tyrannicis Concilijs: veri libri à suppositijs: uera miracula à fabulosis: successio doctrinæ à laruata personarũ successione: uerus consensus à pertinaci conspiratione: Apostolicæ deniq; traditiones à commentis hominum discernantur.

Atqui, inquit Romana sedes, quomodo verbo Dei scripto potest istud fieri, cum nullus sit hæreticus, qui Scripturam sanctam pro se nō citet? Respondent Euangelici, non posse rectiùs hæreticos Scriptura abutentes refutari, quàm scripto Dei verbo, quod solū potest om-

Quomodo Scriptura potest esse iudex cum hæretici ea abutantur?

Ad Crescon.
li. 2. cap. 31.

nem controuersiam dirimere. Rectè dixit enim Augustinus, quòd Prophetarũ & Apostolorum libros omninò iudicare non audeamus, sed secundum eos de cæ-

Verba Augustini

Matt. 12.

teris fidelium & infidelium iudicemus. Sic Christus Pharisæos, Sadducæos, & ipsum quoq; Sathanam verbo

Act. 6. 18.

Dei abutentem Scripturis cōfutauit. Sic Stephanus & Apollo Iudæos: Philippus Eunuchum Candacis Re-

Act. 2.

ginæ ex Scripturis conuicerunt: sic Apostoli Euangelium scriptis Propheticis confirmarunt: Beroeenses Iudæi doctrinam Pauli ad Propheticam doctrinam atq;

Vide August.
de cōcor. san.
epist. 163.

Li. 3. confes.
cap. 16.

Sozom. li. 2.
cap. 3.

scripturam examinarunt: sic deniq; Synodus Nicæna

Arium: Constantinopolitana Macedonium: Ephesina Nestorium: Chalcedonensis Eutychem: Augustinus

Pelagium: Tertullianus Praxeam: & omnes ortho-

doxi malè sanos homines hoc uerbi diuini gladio iugularunt. Quamobrem, ut ait Augustinus, nemo in disputa-

Formalia ver-
b: Aug. l. 2.
cap. 32. con-
tra Cresco-
n. m.

tationibus vel scripta Patrum, vel Concilia nimis arroganter obiectet. Quia illa nō pro Canonicis habemus:

sed

sed potius ex Canonicis consideramus, & quod in eis diuinarum Scripturarũ authoritati congruit, cum laudibus eorum accipimus: Quod autem non congruit, cum pace eorundem, respuimus. At, inquit, Scriptura est difficilis, obscura, & ambigua. Respondet Augustinus quod per Scripturas diuinas multò tutius quàm per traditiones ambuletur, quas verbis trãslatis opacitas cum scrutari volumus, aut hoc inde exeat, quod nõ habet cõtrouersia: aut si habet, ex eadem Scriptura undecunq; inuentis ac adhibitis testibus terminetur. Sic enim temperauit, inquit vltèrius, scripturas Spiritus S. vt quod alicubi obscurius dictum est, clarius alibi explicetur. Quæ cum ita sint, efficitur hanc unam esse pacis componendæ rationẽ, si ex puro Dei verbo de controuersijs decidatur, & ea sola religio vera, eaq; Ecclesia Catholica ac orthodoxa iudicetur, quæ verbo Dei rectè intellecto per omnia consentiat. Hisce Reformatæ Ecclesię rationibus auditis protestatur Romana sedes, se quanquã videat religionem Euangelicorũ nõ multũ disidere à scripto Dei verbo, imò ei per omnia consentire: tamẽ eam probare nõ posse, quandoquidẽ ea profecta sit ab Hæreticis, à non diuinitus missis & deniq; ab Innouatoribus. Obscraur e contra Euãgelici, Romanã Ecclesiam ne se tantorũ criminum hereseos dico, illegitimæ missionis & innouationis accuset, sed potius si videt religionẽ suam cũ veritate Dei scriptis Prophetarũ & Apostolorũ comprehensa concordare, eam nõ grauetur ipsa quoq; suscipere & amplecti. Nã quod primũ hereseos doctrina sua accusetur, in eo queruntur grauem sibi iniuriã fieri. Afferunt enim non eos esse hæreticos, qui vel leui argumento à iudicio Romanæ

Quod S. Scriptura nec difficilis, nec ambigua sit.

Exceptio Romanæ sedis.

Replicatio Reformatorum.

Quod Reformatæ Ecclesia nõ sit hæretica.

Ecclesiæ detecti fuerint deuiare: nec qui Antipodas affirmant esse, vt Zacharias Pontifex voluit: nec qui omnibus ac singulis Papæ decretis obtemperare nolint, vt Canonistæ decreuerunt: nec qui de festo Paschæ celebrando non consentiant, vt Victor Papa voluit: nec in summa, qui non habeant fidem ijs omnibus, quæ in Ecclesia Romana pro veris tradita sunt: (aliàs enim hæretici essent omnes, qui non crederent, quòd Dominicus plura ediderit miracula, quàm Christus & omnes Apostoli: quòd idem Dominicus maior sit Ioanne Baptista, quòd denique omnes de Francisco Bernardino & alijs legendæ sub hæreseos condemnatione sint credendæ:) nec denique qui non credunt omnes Imperatores, Reges, Principes, omnemq; creaturam humanam temporali gladio Paparum subesse: Sed eos dicunt Euangelici Hæreticos primùm qui doctrinam cum regula fidei seu symbolo Christianorum pugnantem in Ecclesiam inducant: deinde qui à Catholica Ecclesia puram Dei doctrinam retinente secessionem fecerint: Postremò qui solenniter sæpius admoniti contumaciter in demonstratis erroribus perseverent. Se verò protestantur nec quicquam à regula fidei, & vsitato Christianorum symbolo, nec ab antiquissimis illis 4. Concilijs, Nicænum dico, Constantinopolitanum, Ephesinum, Chalcedonense, nec à symbolo Athanasij, nec denique ab vlla verbi diuini parte discessisse, nec legitimo iuris processu citatos, vel à competentibus Iudicibus excommunicatos aut errorum conuictos fuisse, sed semper legitimè vel rationem fidei suæ reddidisse, vel idoneè appellauisse ac solenniter prouocasse ad generale & liberum totius

*Euseb. lib. 5.
cap 26.*

*Lib. Confor.
fol. 274. col.
4.*

*Can. in fin.
Extranag. de
Maior. & o.
bedi.*

*Le. 2. cap. de
Her. 2. Ma-
nich. Ioan.
Auent. lib. 3.
Annalium.
Glo. Dist. 10.
c. null. dist.
21.*

*Anton. Flor.
hist. part. 3.
cap. 1. §. 3.*

*Qui dicantur
verè hæretici.*

*Aug. lib. de
ciuit. Dei 18.
cap. 51.*

*Tertul. lib. de
prescrip. her.*

2. Pet. 2.

1. Tim. 3.

2. Tim. 3.

Matt. 18.

Novell. 115.

§. Si quis.

PONTIFICIÆ ET REFORMATÆ. 55

rius Christianitatis Conciliū. Nam quòd conciliū Tridentinum non fuerit liberum, probant historijs, ex quibus patet, quomodo Ceruinus, Polus, & alij Cardinales Iacobum Nachiantem Episcopum Clodiæ fossæ, Dominicum Vilhelmum Venetum, Paulum Vergerium Episcopum Iustinopolitanum, & multos alios ob solam suspicionem reformatæ religionis, & dicta quædam Pontificijs erroribus contraria eijecerint. *QVOD VERO MISSIONEM* suorum doctorum attinet, qui primum Papatum Romanum cœperint oppugnare: dicunt eos partim immediatè vocatos esse, Deo corda ipsorum extimulante & zelo gloriæ Filij sui magis magisque accendente: partim verò mediatè per magistratus & Principes assentientibus & gratias Deo pro tanto beneficio agentibus multis variarum gentium populis, quòd omninò Principibus non modò licere, sed etiam faciendum esse, quandocunque de integro, quod ad externam ac visibilem formam attinet, aut constituendæ, aut reformandæ sunt Ecclesiæ ab ijs erroribus, qui culpa custodum Religionis irreperant, expresso Dei mandato, ac Ezechia, Iosaphat, Iosia, reliquorumque piorum Regum exemplis comprobât. *NAM QVOD POSTREMO NOVI* TATIS religionem Reformatorum arguunt: in eo queruntur grauem veritati diuinæ iniuriam fieri. Asserunt enim Euangelici non aliam se doctrinam profiteri, quàm qua Adam, Seth, Noë, Abraham, & reliqui Patriarchæ saluati sunt, quamque Christus, Apostoli, sex priora Cõcilia, ac uetustiores sincerioresque Patres prædicarunt, donec tandem Diabolus, dormientibus agricolis, hortum Dei tanta zizaniorum segete fecundasset, vt.

Tridentinũ
Concilium
nõ fuisse li-
berũ ac le-
gitimum.

Doctores
Reformatę
Ecclesiæ &
immediatè
& mediatè
missos esse.

Quòd re-
formata
doctrina
nõ sit no-
ua.

set, vt purum triticum præ paleis & zizanijs penitus non videretur. Etsi enim Deus vult suam Ecclesiam

*Ecclesia Lu-
næ similis.*

*Gen. 7.
1. Reg. 19.*

conseruari: non semper tamen eam in perpetuo vigore ac flore cōsistere decreuit, sed instar Lunę alias crescere, alias decrescere sinit. Ita tempore Nohæ octo duntaxat cōseruati sunt in arca contra diluuium: ita temporibus Helię septem millia fuisse dicuntur, qui veram doctrinā fuissent amplexi: ita deniq; tempore aduentus Christi

Matth. 2.

Ecclesia adeò fuerat obscurata, vt vix vnus atq; alter superesse crederetur. Post salutiferam verò Christi Domini natiuitatem tribus mille quingentorum annorū periodis non dissimili ratione videtur Ecclesia sensim defloruisse. Nam primis quingentis annis cœpit vera religio cum mendacio colluctari: sequentibus verò quingentis cedere, donec tandem reliquis D. annis ita obrueretur, vt nulla parte fulgeret. Nec tamen hinc sequitur vel Ecclesiam fuisse aliquando intermortuam, vel nunc cum Ecclesia nobis litem esse. Vixit enim semper Ecclesia Christi, & viuet quandiu Christus Dominus

*Quomodo
vera doctri-
na fuerit
corrupta.*

regnabit, cuius præsidio ita defenditur, vt non semper tamen forma eius spectabilis sit. Aduersus eam nullam nunc sibi pugnam esse. Euangelici dicunt, eo quòd Deum vnum & Christū Dominum vno cōsensu cum ea colāt, qualiter semper ab omnibus pijs adoratus sit. Sed ab ea se Synagoga discessisse dicunt, quę veram fidē non retinuerit, traditiones humanas uerbo Dei præponēdo: quę intolerabilia sibi imponere onera voluerit: quę dominari fidei suę: quę prohibere purā verbi prædicationē & sacramētorū administrationē legitimā voluerit: quę quotānis se diris deuouere vnā cū Ecclesijs Aphricanis, Aegyptijs, Syrijs, Oriētalibus, Asiaticis & Græcis

*Ecclesiam
nunquam
fuisse inter-
mortuam.*

*Cur à Ro-
mana Ec-
clesia Euā-
gelici se-
cesserint,
causæ.*

& Græcis consueuerit: quæ pios perfequatur: nullam emendationem admittat: quæ necessarias res in Ecclesia corruperit: liberam seruas reddiderit: vitiosas cõseruârit: quæ Catholicam Ecclesiam Romæ alligauerit: quæ omnibus vitiorum generibus ex industria se cõtaminauerit. Proinde necessario hoc se fecisse protestantur vt mādato nimirum Dei parerent: ne conscientiam aduersariorum impuritate doctrinæ polluerentur: ne uēdeniq; pœnis, quæ illi imminet, obnoxij redderentur. Sed ubi, inquit, tot seculorum spatio Ecclesia lauit? Aut si Ecclesia Romana non fuit Ecclesia vera ac Catholica, an non omnes homines condemnari oportuit? Respondent Euangelici, primum quidem semper fuisse, & in Orientalibus Ecclesijs & in Papismo ipso qui has Papatus corruptelas improbant, & tam uia uoce, quam scriptis insectarentur. Nam ut uetustiores Patres, ac totam Ecclesiam primitiuam taceant, quam secum per omnia in articulis fidei cõsensisse dicunt Euangelici: posterioribus quoq; seculis multos extitisse probant, qui huic religionis reformationi semper subscriperint. Gregorius enim Magnus & si multis in rebus horribiles errores fouerit: in hoc tamen sensit rectè, quod is sit Antichristus, qui Summum Pontificem & uniuersalem Episcopum se nominari pateretur. Eberhardus Episcopus Salisburgensis in concilio Reginoburgensi grauissima oratione confirmauit Pontifices esse Antichristos, cuius Imperij fundamenta Hildebrandus iecerit. Ioachimus Calaber quoq; illo ipso tempore Papas identidem Antichristos nuncupauit. Franciscus Petrarcha cum alibi passim in suis scriptis, tum maxi-

Apoc. 18.
Ier. 50.
Esa. 52.
1. Cor. 7.

Vbi tot seculis lauerit Ecclesia.

In regest. lib.
4. c. 82. ad
Io. Episc. Cõo
stâr. epist. 35.
ad Mauric.
Imperator.

Gregor. Mag:

Io. Auent. lib.
7. fol. 685.

1240.
Eberh. Sa-
lisburgensis.
Ioach. Calaber.

Fran. Petrar-
cha.

H me

mè Epistola XX. vehementer in Papas inuectus est. *Ante a^o*
nos 785.
Lab. cor. f. 1.
2. 3. 4.
 Arnulphus. Arnulphus Aurelianus Episcopus in Concilio Re-
 Bernardus. menfi palam Pōtifices Antichristos nominauit. Ber-
 nardus Anno partæ salutis *CIO CL.* Papas tanquam
 ipsissimos Antichristos infectatus est. Eodem seculo
 Mich. Cen- Michael Centenas quoq; palam Papam tãquam An-
 ten. us. tichristum accusauit. Hieronymus Sauanorola Fer-
 Hieron. Sa- rariensis per totam Italiam prædicauit, & Papas esse
 nanorola. Antichristos, & doctrinam ipsorum esse impiam, quo
 nomine etiam Florentiæ ab Alexandro VI. com-
 Thomas Rhe- bustus est. Thomas Rhedonius disertè Papismū dam-
 danus. nauit, & ob id ab Eugenio III. crematus est. Laurē-
 Laur. Val- tius Valla ferè ante seculum Romam appellando Ba-
 la. bylonem, Papam Antichristum, & donationem Con-
 stantini figmentum Pontificum: fortiter ijs se oppo-
 suit, ac ob id in exilium pulsus à Rege Neapolitano
 honorificè tractatus fuit. Ioannes Viclephus in An-
 gliâ Papatum fortiter oppugnauit. Hunc secuti sunt
 non longo interuallo Ioannes Hus, & Hieronymus
 Ioan. Hus. Pragenfis in Concilio Constantiensi contra datam à
 Hieronymus Sigismundo Cæsare fidem mortis damnati, & inibi
 Pragenfis. propter veram religionem combusti, donec tandem
 Cannis eos secutus Martinus Lutherus cœpit mani-
 Martinus Lu- festius & veritatem religionis explicare & Papatum
 sberus. oppugnare. Multis modis huius cursum voluit mun-
 dus reprimere. Nam Maximilianus Imperator Au-
 Examen Lu- gustæ Vindellicorum *CIO IO XVIII.* & Carolus V. ac
 sheri. Ferdinandus, plurimiq; alij Reges ac Principes anno
 primùm *CIO IO XXI.* Vornatiæ: deinde *XXIII.* No-
 rimbergæ: postea *XXVIII.* Ratisbonæ: mox Spiræ
XXX. præterea Augustæ *XXX.* ad hæc Ratisbonæ
XXXII.

PONTIFICIÆ ET REFORMATÆ. 59

XXXII. Haganoæ XL. partim audiuerunt ipsi viam Lutheri defensionem, partim per suos doctrinã eius examinari curauerunt. Sed cum vidissent nihil se proficere proscriptionibus, carceribus, incendijs, omnibusq; suppliciorum generibus, tandem coacti sunt auscultare consilio Gamalielis, qui suaserat Iudæis, vt abstinerent ab Apostolis. Nam si ex hominibus esset hoc consilium siue opus, fore vt breui dissolueretur: sin ex Deo esset, fieri non posse vt dissolueretur. Idem ergo statuunt omnes de *RELIGIONE REFORMATÆ ECCLESIAE*. Interim verò, ò Reges ac Principes, ac vniuersi habitatores terræ, quicunq; salutis æternæ estis cupidi: Excitami, agite prudenter, seruite Iehouæ in timore, & exultate in tremore: osculamini Filium, ne fortè irascatur, & peccatis in via, cum exarserit vel paululum furor eius. Beati omnes qui sperant in eo.

Consilium
Gamalielis
& Pontificum.

Apostrophe ad Reges & Principes de religionis veritate cognoscenda.

EPILO-
GVS.

Hæc habui. Auditores salutis amantes, quæ in præfenti de constituendo controuersiarum religionis Iudice, cognoscendaq; religionis orthodoxæ & Ecclesiæ Catholicæ veritate dicenda duxeram. In quibus, quoniam nihil me dixisse iudico, quod non manifestis vel sacrosanctæ Scripturæ, vel orthodoxorum Patrum, vel etiam eorum ipsorum, ex quibus sincera fide testimonia citauit, autoritatibus probare possim: par sanè & æquum est, vt omnes amantes veritatis excitentur ad quærendam salutis æternæ viam, & sine omni præiudicio cognoscendam religionis & Ecclesiæ veritatem, extra quam salus nõ inuenitur. Quod superest ab vnico Magistro Domino nostro Iesu Christo totis pectoribus petamus,

Fulcherima precatio.

60 DE IVD. REL. PONT. ET REF.

doceri nos multa plura, quæ nescimus, à quo accepimus pauca, quæ scimus. Ipsum rogemus, vt præueniente & subsequente misericordia, quæcunq; salubriter scienda nescimus, doceat nos: in his, quæ vera nouimus, custodiat nos: in quibus veris titubamus, confirmet nos: & à falsis eripiat nos: vt in cogitationibus & sermonibus nostris, quod salubriter donat, inueniat, & ea faciat à nobis proficisci,

quæ Deo sint grata, mortalibus salutaria.

Amen.

F I N I S.

B A S I L E Æ,

Anno

MDLXCI.

Mense Aprili.